119

NAZIONALE
R. BIBLIOTECA CENTRALE V. E. II
ROMA
8
M
50 A
10

8,50.A.10
VIII a 119 f za

PARADISVS DELITIARVM ANIMAE AD PERFECTIONEM SVSPIRANTIS.

Complectens ſex Opuſcula pietate atque eruditione plena.

Quorum Catalogum ſequens pagella indicabit.

ROMA

RR. DD. Viceſgerentis ac Magiſtri Sacri Palatij permiſſu.

ROMÆ, Apud Aloyſium Zanettum.
M.D. XCII.

S. Andrea della Valle

CATALOGVS
Opuſculorũ quę in hoc opere continentur.

Alberti Magni Paradiſus animæ ſeu De virtutibus.

Alter eiuſdem, De adhærendo Deo.

Opuſculum De Diuinis moribus quod S. Thomæ attribuitur, & inter eius opuſcula connumeratur.

Aliud de Beatitudine quod eidem aſſcribitur.

S. Bonauenturæ Itinerariũ mentis in Deum.

Eiuſdem aliud quod Paruum bonum dicitur.

ALBERTI MAGNI
PARADISVS ANIMAE
SEV
DE VIRTVTIBVS
LIBELLVS.

ALBERTI MAGNI in libellum de Virtutibus ſeu Paradiſi animæ.

PROLOGVS.

SVNT quædam vitia, quæ libenter ſiue frequenter ſpeciem virtutis prætendunt, vt cum vere vitia ſint, credantur eſſe virtutes: ſicut ſeueritas putatur eſſe iuſtitia, amaritudo mentis dicitur maturitas, iucunda loquacitas dicitur affabilitas, diſſolutio creditur ſpiritualis mentis lætitia, pigritia ſiue inordinata triſtitia iudicatur morum grauitas, tepor ſiue torpor creditur diſcretio, ornatus ſuperfluus creditur munditia, ſuperabundantia in victu & familia dicitur honeſtas, prodigalitas dicitur liberalitas, auaritia creditur prouidentia, pertinacia iudicatur conſtantia, doloſitas vocatur prudentia, hypocriſis dicitur ſancti-

tas,

tas, incuratus in agendis dicitur mã-ſuetus, curioſus circumſpectus, vani-glorioſus honeſtus, præſumptio ſpes, carnalis amor iudicatur charitas, proteruus accuſator vel corrector dicitur zelator iuſtitiæ, diſſimulans dicitur patiens, puſillanimus ad corrigendum dicitur benignus & manſuetus vel pacificus. Sicut autẽ falſis denarijs nihil emitur boni, ſic nec regnum cælorum falſis comparatur virtutibus. Sunt autem quædam virtutes naturales, quaſi naturaliter hominibus inhærentes, ſicut naturalis humilitas, benignitas, modeſtia, largitas, miſericordia, patientia, his ſimiliter nemo meretur præmium æternum ſiue regnum Dei, ſed ſolis virtutibus gratuitis, quas inſipientes iudicant eſſe vitia, ſicut iuſtitia iudicatur eſſe ſeueritas: maturitas, mẽtis amaritudo: prouidẽtia auaritia, cõſtãtia pertinacia: & ſic de alijs ſupradictis. Sic etiam quod fit per humilitatem, fieri dicunt per hypocriſim: quod fit zelo iuſtitiæ, dicunt fieri zelo vindictæ: quod fit charitate, fieri

dicunt

dicunt rancore vel odio: quod ſit per ſpiritualem dilectionem, fieri dicunt propter carnalem amorem, quod fit pura intentione, fieri dicunt pro carnali conſolatione, & ſic de aliјs. Cum autem difficile ſit diſcernere inter vitiũ & virtutem, cumque gradus ſint in qualibet virtute, quæ primo ex mera liberalitate Dei infundũtur animæ; infuſæ radicantur & augentur, auctę perficiuntur, perſpicaciſſime intuendum eſt, quæ ſint virtutes veræ atque perfectæ, quibus ſolus homo gratus efficitur apud Deum. Et primo de Charitate, quæ eſt mater & ornamentum omnium virtutum.

DE CHARITATE,

Caput Primum.

CHARITAS ad Deum vera & perfecta eſt, quando anima cum omnibus viribus ſuis ardenter ſe infundit Deo, nullum commodum tranſitorium vel æternum quærens in eo, ſed ſolum propter nobilitatem, bonitatem, ſanctitatem, perfectionē, beatitudinem ſibi innatam afficitur circa Deum. Delicata enim anima quaſi abominatur per modum commodi vel præmij diligere Deū, ſicut Deus cum omni virtute ſua ſe infundit animæ, nihil vnquam vtilitatis ab ea ſperans, ſed ei naturalem beatitudinem ſuam communicare deſiderans. Qui autem diligit Deum ſolum, quòd ſibi bonus eſt, & propter hoc principaliter, vt ſibi beatitudinem ſuam communicet, naturalem & imperfectam charitatem habere conuincitur. Inducti-

uum veræ charitatis eſt, vera & perfecta cognitio boni, nam in ipſo materia totius dilectionis conſiſtit, ſcilicet nobilitas, ſanctitas, potentia, ſapientia, prouidentia, &c. Item dilectio Dei ad nos æterna & immenſa, & non interpolata, ſed fideliſſima, inductiua eſt veræ charita-

Ioã. 14 tis. Argumentum veræ charitatis ponit Dominus in Iohanne dicens: Qui habet mandata mea, & ſeruat ea, ille eſt qui diligit me: cuius teſtis eſt Auguſtinus dicens: Intantum Deum diligimus, inquantum eius præcepta obſeruamus. Idem intelligendum de votis ſpontaneis, quæ obligant æqualiter cum præceptis. Teſtimonium perhibet de

Tract. 82. *ſup. Ioan. Io.* 1.19 *Aug.*

Greg. ho. 30. *ſup E-uāg B.* his beatus Gregorius, dicens: Ad voſmetipſos, fratres chariſſimi, introrſus redite, ſi Deum verè amatis exquirite: nec tamen ſibi aliquis credat quidquid ſibi animus de dilectione conditoris ſine atteſtatione operis reſponderit. de dilectione conditoris, lingua, mens, &

vitæ requirãtur: nunquam eſt Dei amor otioſus, operatur etenim magna, ſi eſt: ſi vero operari renuit, amor non eſt. Hæc autem operum executio & mandatorum obſeruatio purificari debent ex intentione vel timore alicuius pœnæ fiant, vel amore præmij compleãtur, Teſte Auguſtino: Deum diligit qui nõ ideo imperata cuſtodit, vel quia magnitudine pœnæ, vel auiditate præmij compellitur, ſed quia quod iubetur optimum eſt & honeſtum. Sunt & alia duo ſigna veriſſimæ dilectionis ad Deum, ſcilicet cum homo congratulatur Deo in omnibus quæ ſibi placent, à quocunque, quacunque hora, quocunque loco fiãt. Naturalis enim amor nihil laudis à Deo meretur, quia ſemper ſuper ſe reflectitur, ſed ſolum gratuitus, qui ſemper tendit in alterum. Secundum ſignum eſt, quòd homo contriſtatur Deo in omnibus quæ ſibi diſplicent, à quocunque, quacunque hora, quocunque loco fiant. Vera

charitas ad proximum eſt, diligere proximum ſicut ſeipſum, amicum & inimicum. Vnde dicit Auguſtinus, proximum ſicut ſicut ſeipſum diligi hoc eſt, in Deo, ad Deum, & propter Deũ. Sic enim debet vnuſquiſque diligere proximum ſicut ſeipſum, quod ſicut ſibi deſiderat omne bonum, & fugit omne malũ, ſic fiat proximo. Vel aliter, ſicut vnuſquiſque bonum proprium in corpore & anima, rebus & honore diligit, & ſicut vnuſquiſque in his quatuor fugit & odit omne malum proprium, & damnum, ſic quilibet in eis omne bonum tam amici quã inimici debet diligere, & omne dãnum debet odiſſe, licet ex præcepto non tantum, nec tam ardenter ad proximum moueri teneatur, ſicut ad ſeipſum. Ex amore amici non poteſt vera charitas perpẽdi; nam Ethnici eos amant qui eos diligunt, sed in amore inimici vera charitas perpenditur. Amantem enim diligere naturæ eſt, quæ non

De dilectione proximi.

Matt. 5.

De dilectione inimici.

eſt meritoria : non amantem vere diligere, gratiæ eſt. Sed adhuc excellentius perpenditur veritas charitatis ad proximum, ſuper Matthæum in gloſſa quæ dicit: Amantem diligere, naturæ eſt: non amantem vero beneficijs ad amorem trahere, perfectionis eſt. Et licet nemo teneatur ex præcepto tãtum & tam feruenter inimicum diligere vt amicum, felix tamen eſſet & ſumme perfectus, qui tantum & plus poſſet diligere, & opera charitatis exhibere inimico quantum amico: corripienti & corrigenti, quam blandienti: vituperanti, quam laudanti, quia teſte Chryſoſto. Nihil eſt quod ſic Deo ſimiles faciat, vt malignis atque lædentibus eſſe placabilem, pro certo enim maiorem gloriam & gratiam conſequeretur ex perſecutione quam fauore, ſi modo debito ſciret ea frui. ſic ſanctis martyribus multo magis profuerunt inimici ad æternã gloriam quam amici. Ad amorem proximi
Ho. 20. in Matth. Chryſ.
Eccle. 13.

nos inducere debet natura, quia omne animal naturaliter diligit ſibi ſimile, & quia imago Dei in ipſo, & præceptum in ſcriptura eſt. Argumenta veriſsima charitatis ſunt, verè condólere tam inimico quam amico in qualibet aduerſitate: verè & ex corde congaudere eorum proſperitati, quæ duo rariſsima ſunt. Argumenta veriſsima odij ad proxímum ſunt, cum quis cum grauitate cordis de proximo cogitat, quādo cum triſtitia ipſum videt, quando cum amaritudine cum ipſo loquitur, de ipſo loquitur, vel audit loqui, cum omne bonũ illius, & quod illi vtile eſt, impedit quantum poteſt, quādo bonum quod in ipſo eſt diminuit & peruertit. ſic non fecit Christus proditori ſuo Iudæ, ſed ipſum cum alijs Apoſtolis corpore & ſanguine ſuo refecit, in loco traditionis non negans illi oſculum, ipſum benigniſsimè ſalutauit, plus dolens de malo ſuo, quam de proprio incommodo, vt dicit Hieronymus.

Matt. 26.

mus. Sed mirabile eſt quòd vnquã de fraterna charitate ſibi applaudit, qui hæc ſigna odij in corde gerit. Multis autem videtur ſufficere, ſi cupiant proximis vitam æternam, quam nec dare, nec auferre poſſunt, quam etiam bene optarent Iudæis & Paganis: nec memores eſſe volunt, quod cum poſuerit Dominus animam ſuam pro inimicis ſuis, nos tenemur non tantum res, ſed etiam animam ponere tempore neceſsitatis pro fratribus, & Chriſtianis, maximè tamen Prælati tenentur ad hoc. Ex duobus fouetur charitas: Ad Deum, ex mandatorum executione, ſecundum illud: Si præcepta mea ſeruaueritis, manebitis in dilectione mea, &c. Ad proximum, ex compaſsione ſecundum illud Eccleſiaſtici: Non deſis plorantibus in conſolatione, & cum lugentibus ambula. Non te pigeat infirmum viſitare: ex his enim in dilectione firmaberis. *1. Ioã 3* *Ioã. 15* *Eccl. 7*

De Humilitate. Cap. 2.

HVmilitas vera & perfecta eſt, cum exhibita gloria contemnitur, nec exhibenda appetitur. Verùs humilis ſemper timet, ne ſibi aliqua gloria exhibeatur: Et cum ſibi exhibita fuerit expaueſcens medullitus contriſtatur; ſciens quod ſoli Deo honor & gloria debetur. Verus humilis nunquam de aliqua gloria vel gratia gloriatur, niſi ex hoc audientibus confidentiam ad Deum præſtare intendat, ſed ſi de ipſo aliquid glorioſi vel gratiæ recitatur, cum dolore cordis & deiectione ſui audit, ſciens ſolius Dei eſſe quod ſibi aſſcribitur, cui ſoli danda eſt gloria. Verus humilis nec maiori, nec minori, nec æquali ſe comparat; immo nullum inferiorem ſe credit, nullum omnino ſpernit, & ſe ſolum ex corde deſpicit & ab omnibus deſpici feruenter appetit, gaudetque feruenter cum deſpectus fue-

1. *Tim.* 1.

rit,

ſit, talis nullā timet contumeliam, quia nullam amat gloriam. Eſt qui nequiter ſe humiliat, & interiora eius plena ſunt dolo. Sed verus humilis teſte Bernard. non vult humilis prædicari, ſed vilis reputari. Amãs humilitatem debet radicem humilitatis in corde plantare; hoc eſt, propriam fragilitatem agnoſcere, vt ſe reputet non ſolū quam vilis eſt, ſed etiā quā vilis eſſe pōt; immo quā vilis eſſet hodie, & quā vilis fieret, niſi Deus violenter ipſum à peccatis retraxiſſet, & niſi ei tentationes ſubtraheret. Ibi quilibet ſe cognoſcere poteſt, & ex fragilitate ſua ſe eſſe diſpoſitum ad abyſſum & voraginem vitiorum, iuxta illud: Humiliatio tua in medio tui. Veram humilitatem inducit frequens in deſpectis operibus exercitium, dicente ſcriptura, quod nunquam ad humilitatis virtutem peruenit, qui opera humilitatis refugit. Fouetur vera humilitas ex eo, quod verè homo agnoſcit nul-

Eccle. 19.

Ber. ſuper Cā. ſerm. 16.

Mich. 6.

lam per ſe carnalẽ vel ſpiritualem tentationem poſſe vincere, nec minimum opus bonũ, & Deo gratum ſine ſpeciali auxilio Ieſu Chriſti poſſe facere. Argumentum veræ humilitatis eſt, cum intantum ſe homo deijcit, quòd omni gratia ſe indignum ſentit, nec audet etiam aliquam gratiam appetere; & ſi prætereà a Deo ſuper ipſum abſq; ſuo deſiderio effluxerit, cũ timore percipit, immo laudabilius iudicat carere Dei gratia, quàm habere gratiam Dei quam totiens diuerſis modis demeruit, quam totiens diuerſimodè deturpauit, qua nnnquam ſecundum ordinationem Dei fruebatur. Argumentum veræ humilitatis eſt, quòd quis ſemper quærit infimum locum, infimos ſocios, infimum officium, & infima veſtimenta. Superbia mentis dupliciter cognoſci poteſt, argumento extrinſeco, ſecundum quod ſcriptum eſt:

Eccl.19 Amictus corporis, riſus dentium, ingreſſus hominis enunciant de illo.

Sicut arbor bona vel mala ex fru-
ctu ſuo bono vel malo perpenditur: *Mat.7*
quia omnia facta ex cogitatione
procedunt, vt dicit Auguſtinus. Si- *Aug.*
cut odor bonus, vel malus ex ore *hom de*
progreditur, ex ſtomacho corrupto *50. ho-*
vel incorrupto, vt ex ſpeciebus bo- *mil.*
nis vel malis in ſtomacho repoſitis,
ſic impudicus oculus, teſte Auguſti *Aug.*
no, impudici cordis eſt nuntius. Ar- *epiſt.19*
gumẽto intrinſeco cognoſci poteſt
ſuperbiã, cùm aliquis in corde ſibi-
ipſi placet, & alijs ſe præfert, vel
præferri deſiderat, cũ in factis ſuis
hominibus placere deſiderat & affe
ctat. Talis cum humili magiſtro *Rom.*
Domino Ieſu Chriſto non concor- *15.*
dat, qui nec ſibi placuit, teſte Apo- *Pſ. 68.*
ſtolo; ſed improperium exſpectauit *Matt.*
& miſeriã, nec venit prçeſſe, ſed ſub- *20.*
eſſe teſte ipſo: Non veni miniſtrari,
ſed miniſtrare. Ideo talis magiſter,
diſcipulorũ, qui hominibus, nõ Deo
placere volunt, diſsipat oſſa virtu-
tum, qui confundentur teſte ſcriptu
ra: Quoniam Deus ſpreuit eos. *Pſ. 52.*

De Obedientia.
Cap. III.

OBedientia vera & perfecta ad Deum eſt, cum homo diligenter & ſæpe recogitat, quid maximè quolibet tempore & loco Deo placeat, & ad quid ſapiens Deus eum præcipue ordinauit, & hoc toto niſu ſemper implere intendit. Sed vera obedientia ad vicarios Chriſti, ſcilicet ad Prælatos, eſt, cum ſubditus quod ſibi maxime contrarium eſt fideliter & libenter exequitur, numquam manifeſtãs ſigno, verbo, vel facto, quòd ſibi contrarium ſit præceptum. Sed ibi vera obedientia non poteſt perpendi, vbi ſubditus præceptum excogitauit, & opus quod ſibi placuit, ipſe dictat, teſte Auguſtino Optimus ille miniſter tuus eſt, qui nõ magis intuetur hoc à te audire quod ipſe voluerit, ſed potius hoc velle quod à te audierit. Verus obediens nunquam præceptum

Augu. lib. 10. *Conf. c.* 26.

tum

tum exſpectat, ſed ſolum volunta-
tem Prælati ſciens vel credens fer-
uenter exequitur pro præcepto, exē-
plo Domini noſtri Ieſu Chriſti, cui
voluntas & complacētia patris ſū-
mum præceptum fuit. Verus obe-
diens nunquam de factis ſuis ordi-
nat, nec ſecundum ſenſum ſuum iu-
dicat, nec cuiquam de factis ſuis
ſenſum ſuum indicat, cum nec vel-
le, nec nolle habeat: ſed omnem or-
dinationem circa ſe ſimpliciter &
ſecure Deo committit & Prælato.
Verus obediens non diſcernit inter
bonum & malum ſicut Abrahã non
diſcreuit, vtrum bonum vel malum
eſſet occidere filium ſuum, iubente
Domino nec diſcernit inter bonum *Geneſ.*
& melius, nam ſemper optimum iu- *22.*
dicat, etiam in dubio bonum, quod *Grego.*
iubetur, niſi manifeſte iniquum ap- *in mo-*
pareret eſſe mandatum, tunc ſecun- *ra. lib.*
dum Gregorium nunquam per obe *35. c.*
dientiam debet malum fieri licet ali *10. G,*
quando poſſit & debet per obedien *H.*
tiã bonum, quod agitur, intermitti.

Item

Ibid. Itē Gregorius in moralibus. Sciendū inquit quòd aliquādo obediētia, ſi de ſuo aliquid habeat, nulla eſt; aliquando ſi de ſuo aliquid non habeat, minima eſt. Nam cū ſucceſſus huius mundi præcipitur, cum locus ſuperior imperatur, is, qui ad percipienda hæc obedit affectanter: obedientiæ virtutem ſibi euacuat, ſi ad hæc etiā ex proprio deſiderio anhelat. Rurſum cum huius mundi deſpectus præcipitur, cum probra & contumeliæ adipiſci iubentur, niſi hæc animus ex ſemetipſo appetat, obedientiæ ſibi meritum minuit, quia ad ea quæ in hac vita deſpecta ſunt, inuitus nolenſque deſcendit. Debet ergo obedientia in aduerſis ex ſuo aliquid habere, & rurſum in proſperis ex ſuo aliquid omni modo non habere, quatenus & in aduerſis tanto ſit glorioſior, quanto ordini diuino etiam ex deſiderio iungitur, & in proſperis tāto ſit verior, quanto à præſenti ipſa quam diuinitus percipit gloria, funditus ex

mente

mente ſeparatur. Inductiuum veræ obedientiæ eſt, ſumma obedientia Ieſu Chriſti, qui non ſolum Deo patri obediuit per omnia, dicens: Non mea voluntas ſed tua fiat: ſed etiã hominibus bonis & malis, ſubditus etiam fuit dæmonibus. Item quia omnia ſenſibilia & inſenſibilia obedient Deo, & illa omnia ſubiecit homini, vt ſe cognoſceret ſubijciendum eſſe Deo. Sol & Luna obedierunt Ioſue, terra Moyſi, cum abſorbuit Dathan & Abyron, mare Petro ad calcandum, & Moyſi, cum ſubmergeret Pharaonem & exercitum eius, ſerpentes magis in Aegypto, beſtiæ heremitis in Aegypto, vt legitur in Vitis patrum; grando & aer Samueli, pluuia Heliæ, & ignis, qui deuorauit duos quinquagenarios, aues ſanctiſſimo Patri Franciſco, dæmones Apoſtolis, & ſanctis hominibus, & ægritudines à quibus eos liberauerunt; & multæ creaturę Moyſi in Aegypto. Et quia omnia obediunt Deo ſub cælo, in purga-

Matt. 26. *Pſ.* 8. *Ioſ.* 10. *Nu.* 6. *Matt.* 14. *Exod.* 14. *Exo* 7. 1. *Reg.* 12. 4. *Reg.* 17. & 18. *Exo.* 7. 8. 9. 10 & 11.

purgatorio, ideo homo merito deberet obedire Deo patri in omnibus, eius præcepta & voluntatem exequendo. Argumentũ veræ obedientię, ponit Bernardus: Fidelis inquit obediẽs neſcit moras fugit craſtinũ ignorat tarditatem, præripit præcipientẽ, parat oculos viſui, aures auditui, linguã voci, manus operi, itineri pedes; totum ſe colligit vt imperantis colligat voluntatem. Idẽ Bernardus; Bonus obediens dat ſuã velle, & ſuum nolle in manibus ſui prælati, vt firme poſſit dicere; Paratum cor meum Deus, paratum cor meum; paratum quæcunque pręceperis facere, paratum tibi vacare, & proximis miniſtrare, meipſum cuſtodire, & in cæleſtium contemplatione requieſcere. Argumentum inobedientiæ eſt, cum ſubditus mãdatum prælati iniuſtum reputat; & ex hoc in corde murmurat, deinde mandatum implere non poſſe, nec debere ſe excuſat, poſtea diuerſas vias euadendi ſubtiliter excogitat:

In Sermo. de virtute obedientia.

ad

ad vltimum aliquos inducens, qui conſilijs & precibus mandatum im pediant vel retractent. Sic non fecit Abraham, qui nocte abijt vt ſubito mãdatum Dei impleret, & relinquens ſeruos in pede montis, ne ipſum in occiſione filij impedirent: ideo largam benedictionem meruit ſibi & ſuo ſemini. *Ge. 21*

De Patientia. Cap. IV.

Patientia vera & perfecta eſt, cum quis ſuſtinet patienter iniurias nõ ſolum cum reus eſt, ſed etiam cum innocens eſt, exemplo Iob dicẽtis: Non peccaui, & in ama *Iob. 17*
ritudinibus moratur oculus meus. Et licet intolerabilior ſit iniuria innocenti quam culpabili, tamen multo ſuauius ſufferri poteſt & debet iniuria, cum nihil conſcientia remordet de culpa aliqua præcedente: teſte beato Petro: Nemo ve- *1. Pe. 4*
ſtrum patiatur vt fur, aut homici- *1. Pe. 3*
da, vel maledicus, &c. Melius eſt *1. Pe. 2*

enim vt benefacientes (ſi voluntas Dei velit)pati, quàm maleſacientes. Quæ enim gratia, ſi peccantes colaphizari ſuffertis; ſed ſi benefacientes patienter ſuſtinetis, hæc eſt gratia apud Deum. Laudabilis illa patientia eſt, quæ non tantùm à malis, ſed etiam ab eis, qui videntur boni & amici, nec tantum pro malis operibus, verùm etiam pro benefactis, illatas patienter ſuſtinet iniurias. Tunc amica Dei anima inter filias eſt, ſicut lilium inter
Cāt. 1. ſpinas. Lilium enim quamuis pungatur à ſpinis, candorem tamen retinet, fortiorem emittens odorem quàm ſi non pungatur. Sic anima ſponſa Dei, quamuis ab eis, qui videntur eſſe de numero filiorum Dei & conſortio, pungitur, non tamen ad impatientiam prouocatur, ſed candorem bonæ conſcientiæ, & bonæ famæ odorem diligentiſſimè ſeruare conatur. Ille verè patiens eſt, qui non ſolùm moleſtias illatas patienter tolerat, ſed etiam inferendas

das deſiderat, exemplo Chriſti dicentis: Improperium exſpectauit cor meum & miſeriam. Verus patiens inter flagella non murmurat: exemplo Iob: Qui inter tot preſſuras; nec ſtultum quid contra Deum locutus eſt, ſed mente gaudet hilari de illatis moleſtijs, & ex corde gratias agit. Verus patiens pro illata iniuria nunquam ſe excuſat etiam requiſitus, fideliſſimo ſe Deo committens in omnibus, qui vtique tēpore ſuo omnem innocentiam excuſabit. Sic Dñs Ieſus à Pilato interrogatus nō reſpondit. Verus patiēs de iniuria cum nullo conqueritur, quia ex querela & excuſatione quātulumcumque mens alleuiatur, quā alleuationem minimè curat, ſed ſolus cum Deo moleſtiam ſuam portat, donec pius & fidelis Deus per internam conſolationem repellat. Tria ſunt quæ meritò inducunt ad veram patientiam. Vnum eſt, cognoſcere quòd pro peccatis noſtris æternam & amariſſimam meruimus *Pſ.68.* *Iob.1.* *Matt. 27.*

mus gehennę pœnam: pro cuius recompenſatione moleſtia corporali affligimur. Aliud eſt, quòd Dominus Ieſus longo tempore magnis & multis iniurijs promeruit, vt vicem ſibi repetentes breui tempore modicum moleſtemur. Tertium eſt quod ipſe Deus iuſtus ſecundum longitudinem, magnitudinem, & aſperitatem moleſtiarum reponderabit magnitudinem, diuturnitatem, & dulcedinem gaudiorum, teſte
1. Cor. 4. Apoſtolo dicente: Id enim quod in præſenti eſt, momentaneum & leue tribulationis noſtræ, ſupra modum in ſublime pondus æternæ gloriæ operatur in nobis. Argumentum veræ patientię eſt, ſe non vindicare cùm poſſit, & etiam prohibere vin-
2. Re. 16. dictam ab alijs, exemplo Dauid, qui prohibuit Semei occidi, qui lapides & lutum contra eum proiiciens virum ſanguinum eum appellauit. Sed potius verè patiens ſup-
Lu. 25 plicat deuotè pro iniuriantibus, quod fecit Dominus Ieſus efficaciter

ter pro ſuis crucifixoribus, et bea- *Act. 7.*
tus Stefanus pro lapidantibus: imò etiam cogit Dominum iniuriantibus miſereri, ſicut fecit Moſes di- *Exod. 32.*
cens: Aut dimitte eis hanc noxam aut dele me de libro quem ſcripſiſti. Tales orationes libenter audit Deus & exàudit. Vnde omnes tres fuerunt pro aduerſarijs exauditi. Argumentum impatientiæ eſt, cùm aliquis propter moleſtiam illatam ex motu interiori ſpontè dimittit bona opera quæ commodè poſſet facere & deberet, tunc immeritò luit Deus moleſtiam ab homine irrogatam. Idemq; motus interior vix ſe abſcondere poteſt, niſi erumpat vel in vultu, vel in geſtibus, vel in verbis. Hæc eſt enim periculoſiſſima impatientia, cuius vindicta vergit in Deum innocentem.

ROMA

De Paupertate. Cap. V.

PAupertas vera & perfecta eſt, omnia propter Deum ſpon-

tè & libenter dimittere, nihil præter ſolā neceſſitatem poſsidere, eadem neceſsitate ſe indignum ſentire, & etiam ipſa neceſsitate quandoque propter Deum carere. Vbi enim plena eſt neceſsitas, perpendi non poteſt paupertas. Sic Dominus neceſsitate cibi caruit, cùm nec ſibi nec diſcipulis ſuis ſpicas confricantibus panem habere potuit. Qui ſimiliter veſtiūm neceſsitate caruit quando ante crucem teſte Bernardo penitus nudatus fuit. Qui etiam ſitiens in cruce hauſtum aquæ habere non potuit, nec lapidem, nec aſſerem, in quo moriens crucifixus caput inclinaret. O quàm ſæpe eſt ibi ſuperfluitas, vbi creditur vera eſſe neceſsitas. Verus pauper nulla tranſitoria concupiſcit, exemplo Helizei, qui munera Naaman non accepit; & exemplo Danielis, qui dona Balthazar regis contempſit. Ille paupertatem verè amat, qui potiùs mereri vellet paruam gloriā per paupertatem, quàm magnam

Matt. 12.

Ioā. 19

4. Reg. 5.

Dan. 5

per diuitias, propter conformitatẽ Ieſu Chriſti. Ad amorem paupertatis inducere nos debent tria, ſecundum Bernardum: Nihil Deo charius, nihil angelis amabilius, nihil hominibus fructuoſius, quàm in paupertate obediendo vitam finire. Quod autem Deo paupertas placet, teſtatur idem Benardus, dicens: In cælis omnium bonorum *Bern.* æterna affluentia ſuppetebat: ſed *ſer. 1.* paupertas non inueniebatur in eis, *in vig.* porrò in terra abundabat & ſuper- *natalis* abundabat hæc ſpecies, ſed neſci- *Domi-* uit homo pretium eius: hanc itaq; *ni. lit.* Dei filius concupiſcens, deſcendit, *1.* vt eam eligat ſibi, & nobis quoque ſua æſtimatione faciat pretioſam. Eſt & aliud inductiuum paupertatis, ſcilicet, gloria aſſeſsionis Domini, veniens ex eo, quod pauperes ignobiles ad latus Chriſti ſedebunt in iudicio, nobiles & diuites iudicantes. Eia quàm laudabile eſt Deo *Matt.* pure propter ipſum omnia relin- *19.* quere, pauperem fieri propter amo-

rem Dei, Deo confidere ſuper omnia, quòd tam potens ſit ſemel vel bis in die corpori miniſtrare neceſſaria, quæ minima reputantur coram Deo (nam ea tribuit inimicis abundantius quàm amicis) ſicut potens eſt die ac nocte momentis ſingulis miniſtrare ſpiritui abundantiam ſpitituali donorum, quæ maxima ſunt coram Deo, nec ea communicat inimicis. Argumentum veræ paupertatis eſt, nullam ſolicitudinem habere de tranſitorijs: ſed ſimpliciter & ſecurè ſe committere Deo, qui auibus & vermibus ſemper largè miniſtrat, & præcipuè pullis coruorum in nido vagientibus præ fame, quos antiquus coruus propter albedinem quaſi filij ſui non ſint, famelicos derelinquit, qui ex largitate Dei vel ex rore aeris paſcuntur, donec ipſis nigreſcentibus coruus ſuccurrit, vel ciniphes, vel muſcas deglutiunt, quæ ſpumæ roſtrorum inhærent; cum famelici adhuc fortiter clama

Matt. 16.

Pſ. 135 & 146

re non ceſſant. Argumentum falſæ paupertatis vel auaritiæ eſt, libenter munera petere præter neceſsitatem vel ea libenter accipere. talis libertatem ſuam vendit, iuxta verbum Philoſophi, Munuſcula accipere, eſt libertatem vendere. Quomodo enim eſt paupertatis amator, qui nullũ defectum ſuſtinere vult, & munera non neceſſaria frequenter accipit, imò petit, & ſub quadam ſubtilitate extorquet, & præter neceſsitatem conſeruat.

De Caſtitate Cap. VI.

CAſtitas virginalis vera & perfecta eſt, cum non ſolum corpus à pollutione carnalis concupiſcentiæ cuſtoditur, imo etiam anima à carnali concupiſcentia munda ſeruatur, exemplo Saræ dicẽtis: Domine tu ſcis quia nunquam virum concupiui, ſed mundam ſeruaui animã meã ab omni concupiſcẽ- *Tob. 3.*

tia, imò ab eis quæ præſtant occa-ſionem concupiſcentiæ, & hoc eſt quod ſequitur: Nunquam cum ludentibus me miſcui, neque cum his qui in leuitate ſunt, vel ambulabãt, participem me præbui: ille vere caſtitatem amat, qui potius per caſtitatem virginalem, & ſi poſſibile eſſet modicam eligeret gratiam in præſenti, & gloriam in futuro propter conformitatem Ieſu Chriſti, quam ſi mereri poſſet gratiam & gloriam maiorem propter debitum coniugale. Ad amorem caſtitatis inducere nos debet exemplũ caſtitatis Domini noſtri Ieſu Chriſti, & matris eius, & ſanctarum virginum, quæ olim pro conſeruatione caſtitatis regna mundi contempſerunt, & vitam ſponte perdiderunt, ſicut beata Agnes, Catharina, Cecilia, & ſimiles; & præcipue caſtitas mulierũ paganarum, & virginũ, de quibus dicit Hieronymus, quòd mortẽ elegerunt, vt caſtitatem ſeruarent. Itẽ munditiæ & libertates inde ſequen-

tes, inducere nos debent ad caſtitatem, & gloria caſtitatis promiſſa à Domino Ieſu Chriſto. Qui vicerit concupiſcentiam carnis, dabo ei ſedere in throno meo, ſicut & ego vici, & ſedeo in throno eius. Nam incorruptio facit proximum eſſe Deo. Conſeruant autem caſtitatem & inductiua ſunt eiuſdem, victus parcitas, cultus vilitas, corporalis incommoditas, & fugere locum & tempus impudicitiæ opportunum. Quod ſi Dina filia Iacob feciſſet, capta non fuiſſet, quando venit videre mulieres regionis illius. Item vitare omnes homines ſuſpectos. Debet autem cuilibet fœminæ quilibet maſculus eſſe ſuſpectus. Ex hoc enim Thamar filia Dauid à proprio fratre Amon corrupta fuit, quòd eũ ſuſpectum non habuit, quando ei ſoli tanquam infirmo miniſtrauit. Similiter vnicuique viro ſuſpecta debet eſſe mulier etiam ſancta, ſecundum conſilium Hieronymi, dicendis: Si caſtitatem amaueris, fœminã

Apoc. 3.

Geneſ. 34.

2. Reg. 13.

quam-

quamuis bene conuerſantem videris mente dilige, non præſentia corporali. Præcipuum autem conſeruatiuum caſtitatis eſt, delectari in Domino, tunc enim omnia alia vileſcunt: guſtato enim ſpiritu deſipit omnis caro. Vnde Gregorius: Eſſe quidem anima ſine delectatione nõ poteſt, nam aut delectatur infimis, aut ſummis; & quanto altiori ſtudio exercetur ad ſumma, tanto maiori faſtidio torpeſcit ad infima, quantoque acriori cura inardeſcit ad infima, tanto tepore damnabili frigeſcit à ſummis. Argumentum veræ caſtitatis eſt, refrenatio quinque ſenſuum ab illecebris carnis, & ſubtractio cordis à vanitatibus & cogitationibus delectabilibus, Nam ex delectatione viſus in videndo, guſtus in guſtando, odoratus in olfaciendo, tactus in tangẽdo, pedum in ambulando, oris in ridendo & loquendo, naſci ſolent carnalia deſideria, quæ animam ad impudicitiam aut emolliunt, aut inclinant.

Grego. In mora lib. 18. c. 8. &.

nant. Argumentum ſiue inductiuũ impudicitiæ eſt,intemperantia potus: ex hoc enim Noe impudice nudatus fuit,& Lot cum proprijs filiabus inceſtum commiſit. Ideoque præcepit Apoſtolus,dicens: Nolite inebriari vino in quo eſt luxuria; ſcilicet,per occaſionem. Item impudicus oculus, teſte Auguſtino, impudici cordis eſt nuntius. Similiter impudica verba, impudicus inceſſus, & colloquium mulierum teſte Eccleſiaſtico quaſi ignis inardeſcit: Similiter colloquium viri mulierem inflammat. Item diligens conſideratio inceſſus & formæ alterius impudicitiam dicit, quod diſſuadet Eccleſiaſt. dicens: Ne reſpicias virginem vt non ſcandalizeris in decore eius. Idem cauendum eſt feminæ ad virum. Hoc ſalubre conſilium ſequebatur Iob, cum pepigit fœdus cum oculis ſuis, vt non cogitaret de virgine, quod plus eſt, quã ſolum cauere à conuẽtu virginum.

Geneſ. 9. *Geneſ. 19.* *Epheſ. 5.* *Eccleſ. 9.* *Eccleſ. 9.* *Iob. 31*

De Abſtinentia. Cap. VII.

ABſtinentia vera & perfecta eſt vſus neceſſariorum tantum victus & veſtitus, & omnimoda ſubtractio delectabilium & ſuperfluorum, & eorum quæ multa diligentia fiunt, & magnis ſumptibus comparantur, exemplo beati Ioanis Baptiſtæ, qui locuſtas comedit, & folia arborum lactearum ſaporem mellis habentia, & aquam bibit, & veſtem de pilis camelorum habuit
Matt. 3.
1. Ti. 6 Vnde Apoſtolus; Habentes victum, & quibus tegamur, (non quibus ornemur) his contenti ſimus. Quia ſeruus Dei non debet habere veſtimentum ad decorem, ſed ad regendam ſuam nuditatem, ſicut dicit gloſa ſuper Lucam de veſte Ioannis. Ille vere abſtinentiam ſeruat & amat, qui non ſolum abſtinet libenter à delectabilibus quæ non habet, & quæ ipſi ſunt illicita, ſed etiam vitat ſponte & pure propter

Deum

Deū delectabilia quę habet & habe
re poſſet, quibus licite,& meritorie
vti poſſet, ſiue chara ſiue delectabi
lia ſint,ſiue vilia.Nā ſi quis plus de-
lectaretur in pultibus quam in per-
dicibus, in aqua plus quam in vino,
acceptius eſſet Deo, à pultibus quā
à perdicibus, ab aqua quam à vino
abſtinere: Dicit enim Auguſtinus:
Delicię quælibet ſi abſque deſide-
rio ſumātur, non officiunt: & cibi
viles delectabiliter vel appetenter
accepti:perfectæ abſtinentiæ impe-
diunt virtutem.Dauid enim aquam 2.Reg.
male concupitam effudit: & Helias 23.
carnem non concupitam comedit à *Geneſ.*
Deo per coruos miſſam. Hoc teſta- 25.
tur Eſau,qui non propter gallinam,
ſed lenticulam irrecuperabiliter
benedictionem perdidit.Nec ſolum
abſtinendum eſt à delectabilibus
corporis;ſed etiam ab eis quæ dele-
ctant animam, ſicut à vanis collo-
quijs, à gaudio temporali, à pecca-
to mortali,ab amicitia carnali.Hęc
abſtinentia laudabilior eſt quam
prima,

prima, & habenda eſt pure propter Deum, non propter aliquam mercedem temporalem vel gratiam. Inductiua vero abſtinentię duo sũt; vnum, quod nunquam cum debita gratitudine dona Dei percipimus, & nunquam ad debitum finem eis, neque ſecundum ordinationem diuinam fruimur, ex hoc irã Dei grauiter incurrimus. Aliud eſt, quod de omnibus donis perceptis ſtrictã rationem exiget quæ ſine ipſa percepimus, vel pro noſtra voluptate, vel pro iuſta neceſsitate, vel pro communi vtilitate. A quibus igitur quiſque abſtinet, de illis reddere rationem non oportet. Duplex autem vtilitas ſequitur abſtinentiam. ſcilicet diuinorum ſecretorum cognitio, & deſideriorum exauditio,
Dan. 1 quę duo patent in Daniele, qui cum vti nollet cibo & potu regio, ſed aquam cum leguminibus ſumpſit, cunctos Magos & ariolos trãſcendit in agnitione viſionum atque ſomniorum. Secundo, qui ad preces

eius

eius ſeptem anni quibus Nabucho- *Dã.* 4.
donozor debuit viuere vt beſtia, mu
tati ſunt in ſeptem menſes. Idemq́.
cum impetraſſet à Deo regibus ſpi-
ritum licentiandi populum in Hie- *Dan.*
ruſalem, impetrauit & populo vo- 10.
luntatem redeundi, cum redire tar-
daret. Qui in multis deſiderijs ſuis
& miſerijs propter abſtinentiã fuit
exauditus, quod ipſe teſtatur, deci-
mo capitulo dicens; In diebus illis
ego Daniel lugebam trium hebdo-
madarum diebus, panem deſidera-
bilem non comedi, caro & vinum
non introierunt in os meum, ſed ne
que vnguento vnctus ſum, ideo an-
gelus dixit ei: Ex die illo ex quo
poſuiſti cor tuum vt affligeres te,
in conſpectu Dei tui exaudita ſunt
verba tua. Tertium poteſt eſſe, mi-
ſericordiæ Dei impetratio, vt patet
de Niniuitis, qui per abſtinentiam
miſericordiam Dei impetrauerunt
Iona prædicante. Recordari debe- *Ion.* 3.
mus, & mirari poſſumus abſtinentiã
ſacerdotum antiquorum, de quibus

Hier. lib. 2. aduer. Ioui. āte me dium fol. 78.

ſcribit. Hieronymus, quòd à carnibus & vino ſe ſemper abſtinuerint, propter tenuitatem ſenſus & vertiginem capitis, quam ex paruo cibo patiebantur, & maxime propter appetitus libidinis, quæ ex his cibis & ex hac potione naſci ſolet. Pane raro veſcebantur, ne onerarent ſtomachum: Et ſi quando comedebāt, tuſum pariter hyſopum ſumebant in cibo, vt eſcam grauiorem illius calore decoquerent. Oleum tātum in oleribus nouerant; verum & ipſum parum propter nauſeā & aſperitatem guſtus tollendam. Quid loquar de volatilibus? cum ouum propter carnem vitauerint & lac, quorum alterum carnes liquidas, alterum ſanguinem eſſe dicebant colore mutato. Argumentum veræ abſtinentiæ eſt; cum nōn ſolum delicatis & precioſis quis in ſanitate vti reſpuit, ſed etiam cum infirmitas vel alia neceſſitas cogit, cum dolore mentis percipit. Item cum nō ſolum à pretioſis & delicatis abſtinet

net

net & ſuperfluis, immo ſibi neceſſaria etiam quandoque ſubtrahit, vt alijs indigentibus largiri poſſit, iuxta illud Hieron. Quod manducaturus eras ſi non ieiunares, da pauperibus, vt ieiuniũ corporis ſit ſaturitas animæ, non marſupij lucrum, &c. Argumentum falſæ abſtinentiæ eſt vitare pretioſa & delicata tantũ eo tempore quo non habentur, vel propter vanam gloriã vt homo laudetur, vel propter parcitatem ne depauperetur, vel propter auaritiam vt ditetur, vel ad cauendam corporis infirmitatem, vel ad vitandam infamiam & detractionem, vel ad conſequendam dignitatem, vel trãſitoriam vtilitatem & non ad promerendam gratiam in præſenti & gloriam in futuro. *Com. in cap. 58. Iſa.*

De Prudentia. Cap. VIII.

PRudentia vera & perfecta eſt, ſemper niti ad agnitionem diuinæ naturę, & profunditatem huma-

næ miſeriæ. Quam prudentiam optauit Aug. dicens: Nouerim te, nouerim me. Ille veram prudentiam habet, qui ſolicite laborat cognoſcere quid ſit optimum, & hoc toto niſu amplectitur: quid ſit peſſimum, & hoc toto corde deteſtatur. Ille vere prudens eſt, qui frequenter penſat quid bonis, quid malis futurum ſit; quanta delectatio ſit bonis, vniri ſummo bono æternaliter, quanta amaritudo malis, ſeparari à ſummo bono æternaliter. Ille vera prudentia fruitur, qui ſummopere fugit omne illud quod elongat ad tempus à familiaritate Dei, ſcilicet peccatũ veniale, & quod ſemper ſeparat à fruitione Dei, ſcilicet peccatũ mortale. Similiter ille vera prudentia fruitur, qui diligit omnia quæ approximant Deo, ſcilicet bona opera; & quæ æternaliter vniunt Deo, ſcilicet virtutes & Spiritus ſancti dona. Inductiuum veræ prudentiæ eſt, exemplum philoſophorum, qui tantum pro ſcientia laborabant, vt

ſcribit

ſcribit Hieronymus, quòd reliquerunt frequētias vrbium, & hortulos ſuburbanos vbi ager irriguus,& arborū comæ & ſuſurrus auium, fontis ſpeculum,riuus immurmurans, & multæ auriū oculorumque illecebræ,ne per luxū & abundantiam copiarum, animæ fortitudo molleſceret, & eius prudentia conſtupraretur. Inutile quippe eſt crebro videre, per quæ aliquando captus ſis, & eorum te experimento cōmittere, quibus difficulter careas.Nā & Pythagorei huiuſcemodi frequentiam declinātes in ſolitudine & deſertis locis habitare conſueuerūt.Et quoſdam legimus ſibi effodiſſe oculos; ne per eorum viſum à cōtemplatione philoſophiæ auocarentur. Quod ſi quis exiſtimat abundantia ciborum potionumque ſe perfrui & poſſe vacare ſapientiæ, hoc eſt,verſari in delicijs, deliciarumque vitijs nō teneri,ſe ipſum decipit. Sēſus enim noſter cogitat id quod videt, audit, odoratur, guſtat & attrectat: & ad

Hiero. lib. 2. aduer. Io. fol. 76.

eius rei trahit appetitum, cuius capitur voluptate: quanto magis nos, qui diuinæ ſapientiæ inſiſtere debemus, ad idē nos inducere debet multorū damnatio ex imprudentia, iuxta illud Eſaiæ: Propterea captiuus eſt populus meus, quia non habuit ſcientiā. Et Baruch 3. Et quia nō habuerunt ſapientiā, perierūt propter eorū inſipientiā. Officiū prudentiæ eſt ordinare cogitationes cordis, ne extra Deū vagentur: & affectus mētis ne circa creaturas nimium occupentur: voluntates ne à Deo auertātur: intentiones ne miſceantur, ſed purificentur: iudicia & ſuſpiciones vt ad melius conuertantur. Similiter omnia verba & facta & inceſſus ordinare debet, vt ad debitū finem omnia fiant pro cōmuni vtilitate, & omniū emendatione. Nā ſapientia hominis (teſte Salomone) relucet in vultu ipſius, hoc eſt, in conuerſatione exteriori. Qui ſic ordinatus eſt, habet argumētū veræ prudētiæ. Itē de hoc dicit Bernard. Quotidiana

Eſaia. *Bar. 3.* *Ecc. 8.*

na exercitatione examina vitã tuã, attende diligenter quantũ proficis, quãtũ deficis, qualis ſis in moribus, qualis in affectibus, quàm ſimilis & diſſimilis Deo: ſtudete ipſum diligẽ tiſſime cognoſcere, quia multũ meliores, ſi te ipſum cognoſcis, quàm ſi te neglecto cognoſcas curſus ſyderũ & vires herbarũ. Argumentũ falſæ prudẽtiæ eſt, niti cognoſcere curſus ſyderũ, vires herbarum, virtutes gẽmarum, propter lucrũ tantũ. Talis enim ſcientia nõ ędificat, ſed inflat. Itẽ aſtutũ eſſe in negotijs ſecularibus, falſam indicat ſcientiã; immo ſtultitiã, teſte Apoſtolo: Sapięntia huius mundi, ſtultitia eſt apud Deũ. Tales heu multi ſunt, quod conqueritur Dominus Ieſus, dicẽs: Filij huius ſeculi prudentiores ſunt filijs lucis in generatione ſua. Itẽ alij ſubtiles ſunt ad excogitandũ nequitias, & nouas adinuentiones: ſed cæci ſunt ad conſiderandum voluntatem Dei. De talibus dicit Hieremias: Sapientes ſunt vt faciant mala; bene

2. Cor. 8. *1. Cor. 3.* *Luc. 16* *Ier. 4.*

Rom. autem facere neſcierunt. Tales cre-
1. dentes & dicentes ſe eſſe ſapientes, ſtulti facti ſunt, vt dicit Apoſt.

De Fortitudine. Cap. IX.

FOrtitudo vera & perfecta eſt, dominari animo ſuo, cum tentatur à ſuperbia, inuidia, ira, luxuria, auaritia, vanagloria, complacentia & delectatione carnali; & ratio ſentiens nequaquam conſentit, ſed
Prou. ſtatim reprimit. vnde illud: Qui
16. dominatur animo ſuo, fortior eſt
Iud. expugnatore vrbium. Hanc forti-
14. tudinem Samſon fortiſſimus non
Iud. habuit, licet leonem dilaniauerit,
15. & mandibula aſini mille viros ſtra-
Iud. uerit. Nam poſt propter concupi-
16. ſcentiam mulieris, omni fortitudine priuatus eſt. Ille veram fortitu-
1. Reg. dinem habet, qui ab illicitis mem-
17. bra ſua & ſenſus reprimit. Illã Da-
2. Re. uid non habuit, qui vrſum & leonẽ
11. occidit, & Goliath interfecit; tamen oculos ſuos ab illicito viſu non cohibuit.

hibuit. Eia quantæ fortitudinis ſunt quidam ad ieiunandum, vigilandũ, caſtigandum corpora ſua cilicijs, & flagellis ; non tamen poſſunt refrenare pedes ſuos à vitijs noxijs, manus ſuas ab opere & tactu illicito, aures ab auditu nociuo, & præcipuè linguam a verbis damnoſis, beato Iacobo dicente : Omnis igitur beſtiarum & volucrum natura domari poteſt ab humana natura ; linguam tamen nullus hominum domare poteſt. Eſt enim lingua malum inquietum plena mortifero veneno. Tamen ſine hac refrenatione non eſt vera religio, ſicut dicit idẽ: Si quis putat ſe religioſum eſſe, non refrenans linguam ſuam, ſed ſeducens cor ſuum, huius vana eſt religio. Inductiuum veræ fortitudinis eſt, deguſtatio ſpiritualis ſuauitatis. Hæc enim roborat mentem ad faciendũ bona, & ad tolerandum aduerſa, & ad vincendum vitia & animæ nociua. Hoc præfigurauit Ionathas, qui guſtans parum mellis illumina-

Iacob. 3.

Iacob. 1.

1. Reg. 14.

tus,

tus,& confortatus eſt ad perſequendum inimicos. Sic Moyſes percipiens ſanitatem mentis ex viſione & collocutione diuina, tantum confortatus eſt, vt per quadraginta dies alimento corporali non indigeret. Officium fortitudinis eſt, firmare intellectum in cognitione Dei, & affectum in dilectione Dei & proximi, inter aduerſa roborare mentem ne terreatur, inter proſpera ne mulceatur. Item mentem animare, vt ſemper exerceatur in bonis, confortare ipſam ne vnquam vincatur in malis. Primam fortitudinem Paulus 2. Cor. 11. & 12. & Stephanus Act. 7. habuerunt. Secundam Matathias & Eleazarus, Iob & Daniel. Tertiam Tobias. Qui in hoc ſe ſentit, de argumento veræ fortitudinis ſecurus eſt. Argumētum ergo fortitudinis falſæ immo peſſimæ eſt, multa & magna poſſe contra Deum cōmittere. De hac dicit Anſelmus: Peccare non eſt libertas, nec pars libertatis. Peccare eſt potius non poſſe,

Exod. 24. *1. Mac. 6.* *Iob. 1.* *Pſal. 33.* *Tob. 1. & 2.*

ſe,quàm poſſe. Quicunque enim facit quod ſibi non expedit, quanto magis hoc poteſt, tanto magis aduerſitas & peruerſitas poſſunt in illum. Vnde Eſaias cap.5. Qui potentes eſtis ad bibendum vinum,& viri fortes ad miſcendam ebrietatem. Hanc fortitudinem habuerunt olim perſecutores eccleſiæ Reges & principes,& hodie habent, & habebunt in poſterum Antichriſtus & ſerui eius. *Matt.* 24.

De Iuſtitia. Cap. X.

IVſtitia vera & perfecta ad Deũ eſt, redditio debitæ laudis in omnibus diuinæ naturæ, debitæ gratiarum actionis pro omnibus bonis & donis collatis & malis perpeſſis, debitę ſatisfactionis pro omnibus cõmiſſis & omiſſis, debiti feruidi doloris pro omnibus gratijs neglectis. Ille veram iuſtitiam habet apud Deum,qui fidelis eſt Deo ſemper & vbique: in omnibus præceptis & vo-

tis ſeruandis, qui tantam diligentiam ſingulis operibus & temporibus apponit, quaſi tota ſalus ſua in vnoquoque dependeat, & qui pure propter Deum omnia opera bona facit, non propter aliquem fauorem vel vtilitatem præſentis vitæ vel futurę, qui cum debita gratitudine ſingula dona percipit, & eis ſecundum ordinationem Dei fruitur ſemper
Tob.4. & vbique. Vera iuſtitia ad proximũ eſt in duobus. Nunquam facere proximo quòd ſibi iuſte fieri non vult, hoc eſt, nunquam lædere vel offendere proximum verbo, facto, ſigno, vel conſilio, in rebus, corpore, & honore. Nunquam de ipſo malum ſúſpicari, nunquam de ipſo detrahere, nunquam bonum ſuum peruertere vel diminuere, nunquam ipſum in bono impedire. Hæc enim nemo ſecundum iuſtitiam ſibi vult
Matt. 7. fieri. Item proximo facere quod ſibi iuſte vellet fieri, hoc eſt, proximum honorare, bonum de ipſo ſentire, omnia facta ſua etiam mala ad bo-

num conuertere, ſemper in bono ſui memoriam habere, ſemper ipſum in bono promouere, ſemper bono ſuo congaudere, & malo condolere, innocentiam ſuam excuſare, & ipſum absẽtem propũgnare. Hæc enim ſecundum iuſtitiam, quiſque ſibi vult fieri. Et dicitur ſecundum iuſtitiam, quia Iudex pro fure nollet ſuſpendi, & tamen furem debet ſuſpendere, quia illud velle non haberet ſecundum iuſtitiam. Et prædo libenter vellet ſpoliari, vt ſibi liceret ſpoliare: quod tamen facere non debet, quia illud velle non haberet ſecundum iuſtitiam. Item iuſtitiam veram ad mortuos ſeruat, qui teſtamenta ſecundum ordinationem eorum expedire non tardat, qui ieiunijs, orationibus, & eleemoſynis ſecundum eorum confidentiã, pœnas ipſorum pro poſſe ſuo alleuiat & abbreuiat. Bernardus: Pœnæ illorum qui ſunt in purgatorio, per ieiunia, orationes, & eleemoſynas abbreuiantur. Item iuſtitiam ad an-

gelos

gelos ſeruát, qui ſalutaribus eorum conſilijs acquieſcens, gloriam ipſis ex hoc debitam nõ retardat, quam pro impenſo nobis obſequio promerentur. Inductiuum veræ iuſtitiæ
Pſ.10. eſt, quod dicit Dauid: Iuſtus Dominus, & iuſtitias dilexit. Item iuſto promittitur in præſenti ſpes & lætitia, ſecundum illud: Lætabitur iu-
Pſ.63. ſtus in domino, & ſperabit in eo. Itẽ iuſtis inducitur exultatio & lauda-
Pſ.32. tio, ſecundum illud: Exultate iuſti in Domino, rectos decet collaudatio. Item quia iuſtis prædicitur ſecuritas in iudicio, ſecundum illud: Sta
Sap.5. bunt iuſti in magna conſtãtia. Item iuſtis fit æternæ vitæ promiſſio, ſe-
Sap.5. cundum illud: Iuſti in perpetuum viuent. Et quicquid Deus boni pollicetur in ſcriptura, hoc maxime per iuſtitiam acquiritur. Officium veræ iuſtitiæ eſt, rectificare cogitationes & affectiones, vt ſemper in Deo ſint: voluntatem, vt conformis ſit diuinæ voluntati, intentiones, vt ſemper in Deo ſint, & ad laudem

eius

cius cuncta conferamus:vniuerſaliter omnia verba & facta dirigere, vt ſemper ad aliquem ſpecialem finem & certum fiãt:& in his eſt argumentum veræ iuſtitiæ. Argumentum iniuſtitiæ eſt, vſurpare ſibi quę propria ſunt ipſius Dei ſcilicet amorem, laudem, honorem, vindictam:vel quæ proximi ſunt, vel proximo debentur.

De Temperantia Cap. X I.

TEmperantia vera & perfecta eſt, iuſta moderatio motuũ interiorum & exteriorum atque operum. Ille veram temperantiam habet, qui non ſolum moderatur cor ſuum a prauis cogitationibus & inutilibus,ſed etiam ſeruat modum in bonis,ne ſæpius vel diutius cogitationes bonæ inhæreant quàm iuſtum tempus requirit: quia officiales cogitationes licet vtiles ſint,tamen non ſunt tractandæ infra diuinum officium, quod dicit Bernardus:

Bern. ſermo. 47. ſuper Cã tic.

dus: Spiritus ſanctus illa hora gratum non recipit, quidquid aliud quã debet neglecto, eo quod debet obtulerit. Similiter vere temperatus moderatur paſſiones ſuas, & affectiones ſuas, quando aliquid vel nihil ſperare debeat vel timere, & quantum & quãdiu, de quo aliquid gaudere vel nihil debeat vel dolere, & quantum & quamdiu, de quo odium vel amorem vel pudorem habere vel non habere debeat, & quantum & quamdiu. Similiter moderatur intellectum, ne ampliori tempore ſe occupet quàm oportet circa aliquid intelligendum. Similiter moderatur voluntatem, quanta & qualis eſſe debeat: & intentionem, qualis & quanta eſſe non debeat, & ad quem finem. Similiter liberum arbitrium ponderat, quantnm debeat eligere bonum, & quantum reprobare malum. Similiter vera temperantia moderatur linguam, quando loquendum ſcilicet, quando tacendum, & quamdiu, hoc eſt, tempore opor-

oportuno, cui loquendum, ſcilicet hominibus non ſuſpectis, quando loquendum, & vbi, ſcilicet loco & tempore non ſuſpecto, qualiter & quantum loquendum, ſcilicet mature cum pōdere & menſura: propter quid loquendum, ſcilicet propter neceſſitatem, vel vtilitatem; pro quibus negotijs, ſcilicet animæ & corporis. Similiter menſurat facta & mores & motum omnium mē-
brorum; vt ſecundum Apoſtolum *1. Cor.*
omnia ordinate & iuſta intentione *14.*
& in charitate & ad debitum finem *1. Cor.*
fiant. Ad veram tēperantiam indu- *16.*
cere nos debet ordinatiſſima ſapiē- *1. Cor.*
tia diuina, quæ omnia diſponit in *10.*
numero, menſura, & pondere. Secū- *Sap.*
dū hanc ordinationem omnis actio *16.*
noſtra, mores, & vita noſtra debet eſſe menſurata, numerata, & ponderata, hoc eſt, in virtute Patris, cui menſura: in virtute Filij, cui numerus: in virtute Spiritus ſancti, cui pōdus aſſcribitur. Ad idē inducere nos debet exēplum tēperantiæ Apoſto-

1 *Cor.* li dicentis: Sine offenſione eſtote Iu
10. dæis & gentibus & Eccleſiæ Dei, ſicut & ego omnibus per omnia placeo. Ille verus temperatus fuit, qui nullum offendit, & per omnia omnibus placuit. Argumentum veræ tẽperantię habet, qui ſe moderatur in victu & veſtitu, ſomno & in omni commodo carnali, & in lætitia temporali nullam ſuperfluitatem nec inordinatam delectationem, ſed puram neceſſitatẽ in omnibus his admittens. Verus temperatus in omnibus modum ſeruare nititur, præterquam in amore & laude Dei & gratiarum actione. Nã magnus Dominus & laudabilis nimis. Ideoque ſine modo, ſine meſura, ſine fine laudandus eſt & amandus. Argumentũ intemperantiæ eſt, cum aliquis diſtortos habens mores omnes ſecum commorantes diſturbat & inquietat, in nullo cuiquam ſe cõformat, ſed quod ſibi ſoli placet, hoc approbat, & hoc perficere contendit, omnibus importabilis, ſibijpſi intolerabilis.

rabilis. Vnde Auguſt. Iuſſiſti Domine, & ita factum eſt, vt ſibijpſi ſit pœna omnis animus inordinatus, quãto magis alijs. Talis fuit Iſmahel, de quo ſcriptum eſt: Manus eius contra omnes, & manus omnium contra eum. *Gen. 16.*

De Compaſſione. Cap. XII.

COmpaſſio vera & perfecta ad Deum eſt, inceſſanter in corde triſtitia vulnerari in omnibus iniurijs Deo illatis, & adhuc inferendis in ſe & amicis ſuis; quos qui tangit, quaſi tangit pupillam oculi ſui. Omnia enim elementa cõpaſſa fuerunt Chriſto Domino in cruce moriẽti. *Zach. 2.* Ad proximum vera compaſſio eſt, condolere medullitus afflictionibus proximorũ tam ſpiritualibus quàm corporalibus, exemplo Apoſtoli dicentis: Quis infirmatur, & ego non infirmor? Dicit enim gloſa: Quis infirmatur in fide, vel in aliqua virtute, & ego non infirmor? id eſt, *2. Cor. 11.*

non doleo de eo ſicut de meipſo?
Quis ſcandalizatur in aliqua moleſtia, & ego non vror igne compaſſionis? Ad proximos in Purgatorio vera compaſſio eſt, vehementer affligi pro acerbitate pœnarum quas ſuſtinent, & præcipue quod à viſione Dei & fruitione interim ſeparantur, & Deus plenariè ab ipſis non laudatur, & in illa afflictione & compaſſione inceſſanter & ardenter Deo ſupplicare, vt eos à tanta acerbitate & aſperitate dignetur eripere. Ad veram compaſſionem inducere nos debet abundantiſſima Chriſti compaſſio ad nos, qui, teſte Auguſtino, ſic feſtinat peccatorem abſoluere à tormento ſuæ conſcientiæ, quaſi eum plus cruciet cōpaſſio miſeri, quàm ipſum miſerum compaſſio ſui. Nec
Eſaia 53. ſolum compaſſus eſt, immò languores noſtros ipſe tulit, & dolores noſtros ipſe portauit. Hoc idem
1. *Cor.* 12. natura membrorum ſuadet, teſte Apoſtolo: Si patitur vnum membrum,

brum, omnia patiuntur. Item, duplex eſt vtilitas compaſſionis, quæ etiam nos allicere debet ad compaſſionem, ſcilicet, charitatis confirmatio, & Chriſti conregnatio. De prima dicitur in Eccleſiaſtico: Nõ deſis plorantibus in conſolatione, nec te pigeat infirmos viſitare, cum lugentibus ambula: ex his enim in dilectione confirmaberis. De ſecunda dicit Apoſtolus: Si compatimur, & conregnabimus. Rara eſt virtus compaſſionis conquerente Domino, Suſtinui qui ſimul contriſtaretur & non fuit. Argumentum veræ compaſſionis eſt, non tantum condolere amicis, verum etiam inimicis. Sic & Ioſeph ſuper ſingulos fratres fleuit, qui eum pro triginta denarijs vendiderant. Et Dauid planxit planctu magno ſuper mortem Saul, qui eũ ſæpe occidere propoſuerat, immo doceri fecit filios Iſrael carmen planctus ſuper eum. Sic mortuo Abſalon, qui eum extirpare voluit de regno, cooperto capite

Eccle. 7. *2.Thi.* 2. *Pſal.* 68. *Gen.* 48 *Gen.* 37. *2.Reg.* 1. *2. Re.* 18 & 19. *2. Re.* 18.

lugebat eum, dicens: Quis mihi det vt ego moriar pro te fili mi Abſalō?
Iob.30 Et ſimiliter Iob: Flebam, inquit, quondam ſuper eum qui afflictus erat, & compatiebatur anima mea pauperi. Argumentum falſæ compaſſionis habet, cum aliquis profert verba compaſſionis, & vultum compaſſionis exhibet, & tamen de afflictione proximi gaudet in corde ſuo, & afflictionem proximi, cū poſſit, non alleuat; vel affligentem quādo poteſt non compeſcit, ſed potius alios ad affligendum ſigno vel facto prouocat & confortat.

De Pace. Cap. XIII.

PAx vera ad Deum eſt, cū quinque ſenſus, & vſus membrorum omnium, & omnia exteriora opera ad nutum rationis diſponuntur, cūque omnes affectiones, cogitationes & voluntates, & intentiones, & omnia interiora ſecundum ordinationem

tionem rationis fiunt. Et illa ratio primo ſecundum voluntatem Dei fit penitus ordinata. Quotieſcũque enim ſine conſenſu rationis bene diſpoſitæ quicquam agitur, ſtatim pax pectoris perturbatur. Ille verã pacem cum Deo habet, vt dicit gloſa ſuper illud ad Romanos: Iuſtificati per fidem, pacem habeamus ad Deum, qui aduerſum mandata eius contraria voluntate non litigat, qui ſequitur iuſſa Domini, & ad omne præceptum diuinum ſuũ flectit arbitrium. Pax enim vera eſt, concordare cum bonis moribus, & litigare cum vitijs. Ille veram pacem cum proximo habet, qui toto niſu cauet, ne quenquam cum propoſito quacũque perturbatione perturbet. Qui enim ex deliberatione aliquẽ perturbat, ſine perturbatione nullatenus aliqua hora eſſe poteſt. aut enim turbatus ſi poteſt, ipſe vindicat: aut ſi vindicare non poteſt diſſimulat: ex perturbatione tamen facta ſtimulum & remorſum

Rom. 5.

conſcientiæ ſemper ſecum portat, Ille veram pacem quærit, qui continue ſemetipſum tantum conſyderans, & vnumquemque proprio relinquens iudicio, omnibus poſtpoſitis curis tranſitorijs in ſola Dei contemplatione quieſcit. ibi enim ſola pax inuenitur, teſte Auguſtino. Feciſti nos Domine ad te, & inquietum eſt cor noſtrum donec requieſcat in te. Ad amorem veræ pacis inducere nos debet duplex vtilitas pacis, ſcilicet ſuauitas & quies mentis quæ pacem ſequitur, quæ ſuauitas eſt quaſi quietis æternæ & ſuauitatis pars & initium. Itē quia æternam & continuam habitationem Deo præparat in anima, qui propter nimiā manſuetudinem ſuā tantum in corde quieto locum habet & requieſcit, teſte ipſo: In pace in idipſum dormiam & requieſcā. Item Pſalm. In pace factus eſt locus eius: quod teſtatur Apoſtolus dicens: Pacem habete, & Deus pacis erit vobiſcum. Veram pacē ſeruat

Lib.1. Conf. cap.1.

Pſ.75.

2.Cor. 13.

uat hoc quod dicit. Hieronymus ſuper epiſtolam ad Epheſios: Si bonæ noſtra inuicem diligimus, ſi peccata quæ ſine tritici damno, aut cum ſpe ſalutis corrigendorum eradicari non poſſunt, vſque ad meſſem vltimam toleramus: Si etiam perfectionis opera, quæ fieri & non fieri licent, ne infirmi ſcandalizentur, non facere diſponamus. Argumentum veræ pacis habent, qui omnem locum, & homines, & actiones vitant, ex quibus probabiliter turbatio ſequi poteſt. Item argumentum certiſſimum veræ pacis habet, qui præcepta Dei & vota ſemper & vbique tenet, teſte Pſal. Pax multa diligentibus legem tuam. Argumentum veriſsimæ pacis eſt, quando caro in omnibus ſpiritui ſubiugatur. *Pſ.* 118
Argumentum falſæ pacis habet, qui non euellit omnes radices turbationis, quæ ſemper pullulare ſolet. Hæ ſunt, propria voluntas, animi libertas, morum ſingularitas, appetitus placentiæ, de quibus alibi ſcriptum

ptum eſt. Item nõ eſt vera pax, quæ ex propria virtute non habetur, ſed ex gratia aliorum. Verbi gratia: Sunt quidam qui firmam pacem habent interim quod nihil contrarietatis ſentiunt, ſed quidquid eis placet, hoc in omnibus inueniũt. Cum vero aliquid fit quod ipſi non excogitant, vel quod eis minus placet, ſtatim pacem cordis amittunt: tunc non eſt virtus pacis in eis, ſed potius in extraneis. Ideoque illam pacem auferunt extranei, quando volunt. Sed qui veram pacem deſiderant, non debẽt aduertere quid alij faciant, vel loquantur, ſiue adulentur, ſiue detrahant: ſed ſemper quæ pacis ſunt cogitent, & virtus pacis in ipſis veraciter & finaliter permanebit.

De Miſericordia Cap. X IV.

MIſericordia vera conſiſtit in tribus; in dando, in condonãdo & ſupererogando. Vere miſeri-

cors

cors quamdiu aliquid habet, indigẽtibus ſubminiſtrat neceſſaria: quod ſi non facereret, veram miſericordiam non compleret, dicente Chryſoſtomo, Niſi quouſque habes, indigenti ſubueneris, nunquam debitum impleueris. Quinque enim fatuæ virgines oleum habuerunt, ſed non copioſum vſque in finem. Hāc miſericordiam habuit Iob, cum dixit: Foris non manſit peregrinus, & oſtium meum viatori patuit: ſi negaui quod volebant pauperibus, & oculos viduæ exſpectare feci, ſi comedi buccellam meam ſolus, & nõ comedit pupillus ex ea, quia mecum creuit miſeratio, & de vtero matris meæ egreſſa eſt mecum. Sed qui ſubſtantiam dat, & iniurias non condonat, nullam miſericordiam facit, vt dicit Gregorius. Ideo vere miſericos ſponte antequam rogetur omnem iniuriam ex corde remittit, nunquam vindicaturus nec per ſe, nec per aliũ; immo vere miſericors paratior eſt ad remittendum

Chryſ. ho. 76. ſuper Ioan. *Matt. 25.* *Iob. 31* *Grego. moral. lib. 22. c. 13.*

dum

dum quàm ſit iniurians ad petendum. Nam vere miſericors plus dolet de peccato iniuriantis, quàm de afflictione quam iniurioſe ſuffert.
1. Reg Sic Dauid Semei maledicenti, & la
16. pides contra eum mittenti, ex corde dimiſit etiam non roganti. & ne per amicos ſuos occideretur, prohibuit, dicens: Forte Dominus Deus dabit mihi benedictionem pro maledictione hac. Sic Ioſeph pepercit fratribus ſuis antequam peterent,
Geneſ. flendo ſuper ſingulos. Nec hoc ſuf-
45. ficit vere miſericordi, niſi iniuriantibus etiam ſuis precibus veniam à
Exod. Deo obtineat. Sic Moyſes Iudæis ip-
23. ſum lapidare volentibus gratias impetrauit, dicens: Aut dimitte eis hanc noxam, aut dele me de libro quem ſcripſiſti. Sic Stephanus lapi-
Luc. dantibus: ſic Dominus Ieſus veniam
23. & gratiam crucifigentibus obtinuit,
Act. 7 cum vterque dixit: Dimitte eis, quia neſciunt quid faciunt, vbi valde iniuriantes excuſantur, quaſi diceretur: Non habent ſenſum, ideo-
que

que ipſis merito non eſt imputandum, ſed parcendum. Ad amorem veræ miſericordiæ inducere nos debet, quod Deus in ſua natura ſumme miſericors eſt, & in alijs miſericordiam diligit ſupra modum, ſicut ipſe dicit: Euntes autem diſcite, quid eſt, miſericordiam volo & non ſacrificium. Aliud inductiuum miſericordiæ eſt, quòd miſericors Deus immiſericordes homines ſine miſericordia iudicabit, teſte Iacobo: Iudicium ſine miſericordia fiet ei, qui non fecit miſericordiam. Et miſericordes à Deo miſericordiam copioſam conſequentur. Fœneratur enim Domino, qui miſeretur pauperi, id eſt, cum magna vſura & lucro recipiet quidquid pauperibus elargitur. Officium miſericordiæ eſt, collocare ſingulos pro meritis apud Deum, iuxta illud Eccleſ. Omnis miſericordia locum facit vnicuique ſecundum opera ſua. Argumētum veræ miſericordiæ eſt, cum quis ſibi ſubtrahit quod ſalua vita

Matt. 9.

Iacob. 2.

Eccleſ. 16.

ſibi ſubtrahere poteſt. Inſuper & continue laborat etiam ſupra vires, vt poſſet indigentibus amplius ſubuenire. Argumentum falſæ miſericordiæ eſt, cum quis neceſſitatem cuiuſlibet pro poſſe non ſubleuat, ſed dicit indigentibus illud Iacobi:
Iac. 2. Ite in pace, calefacimini, & ſaturamini; non dederitis autē eis quæ neceſſaria. Vnde Chryſoſtomus.
Chryſ. ho. 76. *ſuper Ioan.* Opus eſt etiam de tuo non tam parcum eſſe; ſed cū domini tui tibi creditæ ſint facultates, cur tam tenax es? Item cum iniuriantibus remittit, cum ſe vindicare non poteſt: vel cum iniuriantibus remittit non ex puro amore, ſed ob hoc quod ſcit Deum ſibi non remittere, niſi primo remittat ipſe: aut cum voce tenus orat pro iniuriantibus; tamen de eorum confuſione gaudet interius.

De

De Concordia Cap. XV.

VEra concordia ad Deum eſt, vniri diuinæ voluntati in proſperis & in aduerſis,& pro poſſe diuinis moribus & exẽplis Ieſu Chriſti conformari. Dicit enim Ioannes epiſcopus (id eſt Chryſoſtomus) quod nihil dignius eſt, quàm vt homo ſui authoris ſit imitator,& ſecundum modum propriæ facultatis diuini operis executor. Hanc vnionem petijt nobis Dominus in penultimo vitæ ſuæ inſtanti, dicẽs: Sicut tu pater in me & ego in te,ita ſint vnum in nobis & ipſi. Item vera concordia cum proximis eſt, cum omnibus in omnibus idem ſapere, idem ſentire in ijs quę ſunt ad Deũ: ſicut in primitiua Eccleſia, multitudinis credentium erat cor vnum, & anima vna in Deum, id eſt, quò ad omnia quæ ſpectabant ad Deum. Item alijs conformari in cibo & potu & ſomno, in moribus, & operi-

Chryſ. in opere imperfecto, ho. 18. fo. 125

Ioã. 17

Act. 4

bus

bus quæ non ſunt contra Deum, nec
contra profeſsionem ſuam, vt plu-
res lucrifaciamus, ſicut etiam Apo-
1. *Cor.* ſtolus factus eſt infirmus infirmis,
9. immo omnibus omnia factus eſt, vt
omnes lucrifaceret. Ad amorem ve
ræ concordiæ inducere nos debet,
quod valde laudabilis eſt Deo, &
valde placita concordia fratrum, ſi-
Eccl. 5 cut ipſe dicit per Salomonem: In
tribus beneplacitũ eſt ſpiritui meo,
quæ ſunt probata coram Deo & ho
minibus concordia fratrum, &c.
Nam homines miſeri ſeruant in ter
ris quod angeli ſeruare noluerunt
in cælis. Ad idem inuitare nos de-
bet diligentia Chriſti ad faciẽdum
concordiam inter hominẽ & Deũ,
Marc. & inter Apoſtolos, cum eſſet inter
9. eos contentio, quis eorum videre-
tur eſſe maior. Et cum indignaren-
tur decem Apoſtoli de Iacobo &
Ioanne, eo quòd volebant ſedere ad
dexteram & ſiniſtram eius. In om-
Matt nibus his Chriſtus eos concordauit.
20. Argumentum veræ concordiæ ad
Deum

Deum eſt teſtimonium conſcientiæ non eſſe grauibus peccatis inuolutum, ſicut Apoſtolus habuit, dicens: Nihil mihi conſcius ſum. Et Iob: Neque enim reprehendit me cor meum in omni vita mea. Item feruens deſyderium proficiendi in omni vita mea, in omnibus bonis ſecundum Dei ordinationem. Argumentum veræ concordiæ ad proximum habet, qui ad omnes tam ſanctè ſe habet, vt nullus de ipſo querelam habeat, nec etiam verbum malum de ipſo loqui habeat. Vtrunque argumentum parentes Ioannis Baptiſtæ habuerũt. Erant enim ambo iuſti ante Deum incedentes in omnibus mandatis & iuſtificationibus Domini ſine querela. Similiter argumentum habuit de vtroque Iudith, de qua ſcriptũ eſt: Erat in omnibus famoſiſſima, nec erat qui verbum malũ loqueretur de illa, quoniam timebat Deum valde. Argumentum falſæ concordiæ eſt inter Deum & hominem, quando aliquis

1. Cor. 2.
Iob. 27
Luc. 1.
Iud. 8.

non ſollicite inueſtigat conſcientiā ſuam;& ſic per erroneam conſcientiam ſuam credit ſe placere Deo, cum in omnibus vere diſpliceat. Aliud argumentum diſcordiæ inter Deum & hominem eſt, cum homini diſplicet diuina ordinatio circa creaturas, & diuini mores & exempla ac ſanctiſsima opera Ieſu Chriſti. Vnde ſcriptum eſt, Diſplicet Deo, cum diſplicet Deus. Argumentum falſæ concordiæ ad proximum habet, cui bona opera & ſancti mores in corde diſplicent, quæ tamen verbis quandoque commendat. Argumentum diſcordiæ habet qui ſenſum ſuum alijs præponit, & ſenſum aliorum ſemper poſt ſe trahere nititur, ſeu diſponit, & nunquam aliorum ſenſui, ſenſum ſuum coadunare proponit.

De Conſtantia. *Cap.* XVI.

CONſtātia vera & perfecta eſt, cum homo nec in proſperis,

nec

nec in aduerſis à perfectione trahi
poteſt, ſicut Iob: Donec deficiam, *Iob.27*
inquit, non recedam ab innocentia
mea. Iuſtitiam enim quam tenere
cœpi, non deſeram. Nec minis nec
blanditijs induci poteſt ad trāſgreſ-
ſionem votorum & diuinorum præ-
ceptorum. Sicut ſeptem fratres in *2 Mat.*
libro Machabæorum, qui præciſis *7.*
linguis, & abſtracta cute capitis &
cæſis ſummitatibus manuum & pe-
dum in ollis æneis viui torqueban-
tur. Et Eleazarus ſub ſimulatione
noluit illicitas carnes comedere,
ſed dixit ſe potius velle præmitti
in infernum. Ille veram conſtantiā
habet, qui nunquam à diuina laude
ceſſat, iuxta illud Pſalm. Benedicā *Pſ.33.*
Dominum in omni tempore, ſem-
per laus eius in ore meo, &c. Et non
ceſſat à feruenti deſiderio proficien
di. Nam, teſte Leone Papa: Non eſt
qui in hac vita perfectior ſanctior-
que eſſe nō poſſit: & ibi quilibet inci
dit deficiendi periculum, vbi profi-
ciendi poſtponit appetitum. Ad ve-

ram conſtantiam inducere nos debet conſtantia Martyrum, & præcipue Virginum, quæ in ſexu fragili æternam gloriam per conſtantiam meruerunt. Sed amplius nos mouere debet ad conſtantiam, pertinacia Iudæorum, hæreticorum, & temeritas peruerſorum hominum in malitijs ſuis, qui pro perfidia, & pertinacia iniquitatum ſuarum grauia tormenta habent in conſcientia in præſenti, & grauiſſimam pœnam animæ & corporis expectantes in futuro. Argumentum veræ conſtantiæ eſt, cum aliquis nec pro amiſſione corporis, neque rerum, ceſſat ab omnibus quæ Deo placent. Sicut Tobias à ſepultura mortuorũ non ceſſauit, pro quo rex Sennacherib omnia ſibi abſtulit, & inſuper occidi præcepit. Sic Apoſtoli poſt reſurrectionem Chriſti, nec propter flagellationem, nec propter timoré mortis, à manifeſtatione nominis Chriſti ceſſauerũt, dicentes aduerſarijs: An Deo magis obedire oportet, an homi-

Tob. 1.
Act. 5.

hominibus,vos ipſi iudicate. Item argumentum inconſtantiæ eſt, cum aliquis propter fauorem hominũ, vel aliquod lucrum obtinendum, recedit à via iuſtitiæ: ſicut Balaam propter munera Balach,contra præceptum maledicere voluit populo *Num.* 22.
Iſrael, vel propter timorem rerum temporalium,ſicut ille diues receſſit triſtis à Domino Ieſu,cum ſuaderet ei perfectionem. *Matt.* 19. Erat enim multas habens diuitias, & poſſeſſiones quas dilexit: vel propter timorem corporis,' ſicut Apoſtoli à dilecto Domino ſuo Ieſu omnes fugerunt. *Mar.* 14.
Mathathias vero contemnens honorem exhibitum à nuntijs regis 1.*Mat.* 2.
Antiochi,& promiſſa munera,relinquens omnia ſua, fugit in montem, vt legem Dei ſeruaret. Item nec appetitus realis amicitiæ, nec timor rerum tẽporalium eum traxit à via iuſtitiæ. Similiter nec timor corporis retraxit beatum Stephanum à via iuſta, ſed intuẽs in cælum inter *Act.7.* preſſuras lapidum fixus permanſit

Act. 21 in Chriſto. Similiter & Paulus, qui dixit: Non ſolum alligari, ſed mori paratus ſum pro nomine Domini Ieſu.

De Largitate. *Cap.* X *VII.*

LArgitas vera & perfecta eſt, cũ aliquis omnibus indigentibus res temporales pro poſſe ſuo hilariter adminiſtrat, imo omnibus etiã indigentibus bona ſpiritualia requiſitus libẽter communicat, videlicet in confeſſionibus, prædicationibus, conſilijs, & doctrinis: nec ſolum deſiderantibus huiuſmodi preſtare paratus eſt; immo etiã nõ deſiderantibus doctrinã & predicationem, ſecundũ
2. *Ti.* conſilium Apoſtoli, opportune &
4. importune communicat & etiam pro inuitis & ignorantibus orationes, gemitus & fletus coram Deo fundit. Nec in hoc ſufficit vero largo, niſi etiam ſe totum euiſceret in ſtudio, in meditationibus, in ſanctis operibus continue pro ſalute proxi-

morum. Ad hanc largitatem inducere nos debet appetitus conformitatis Dei, qui tam continue dat omnibus ſua dona temporalia & ſpiritualia etiam non petentibus, & ſuper omnia carnem & ſanguinem dilectiſſimi filij ſui. Nec ſufficit ei dona ſua dare ſimpliciter, niſi etiam ſeipſum immenſum det in ſingulis donis. Commendat largitatē ſuam, quod nulli negat dona ſua, quantūcūque ſibi aduerſetur: immo pluries in nocte & in die dona ſua elargitur cuilibet, quanquam à quoquam offendatur. Approbat in hoc largitatem ſuam, quod quandocumque inuenit opportunitatem aliquam in recipiente, ſtatim ab effluxione ſpiritualium donorum nequaquam ſe poteſt continere, licet ex ſapientia diuina prænoſcat, quod recipiens illa dona in proximo debet amittere, vel ea continue deturpare, vel ipſum per eadem impugnare. Ad idē inducere nos debet, quod aliena ſunt quę damus. Et prouerbium eſt,

Matt. 26.

Quod latæ corrigiæ ſcinduntur ex
Chryſ. pellibus alienis. Vnde Chryſoſtom.
ho. ſu- Opus eſt etiam de tuo non tam par
per Io. cum eſſe, ſed cum domini tui tibi
creditæ ſint facultates, cur tam tenax es? Argumentum veræ largitatis eſt; cum aliquis dat ſua indigentibus hilariter, ſine meritis alicuius, & gratis, ſine ſpe recõpenſationis. ſic Dominus dedit ſe, & ſua. & hoc maximæ perfectionis eſt. Nec ſufficit vero largo dare ſua, imo etiã pro ſalute proximorum tempore neceſſitatis vſque ad mortem exhibet ſemetipſum, ſicut docet Ioannes, di
Ioann. cens: Sicut Chriſtus pro nobis ani-
12. mam ſuam poſuit, ſic & nos debemus pro fratribus animas ponere. Ad hoc tamen magis obligãtur Prælati. Hanc largitatem habuit Apoſtolus, dicens: Ego ipſe libenter im
2. *Co.* pendar pro animabus veſtris. Idem
12. etiã, Continue morior propter gloriam veſtram, id eſt, pericula mortis ſuſtineo. Verus largus ſine ſpe recompenſationis dat domino totum
quod

quod eſt, & quod habet, & quod poteſt, ad æternam diuinæ laudis augmẽtationem: ſingulis angelis & ſanctis ad perpetuam exultationem, ſingulis peccatoribus ad conuerſionẽ, ſingulis iuſtis & perfectis ad perfectionis conſeruationem & cõfirmationem, ſingulis purgandis ad pœnarum mitigationem & abbreuiationem. Argumentum falſæ largitatis eſt, cum aliquis dat ſua, vt laudetur ab alijs, ne alijs dantibus vilior reputetur, vel à clamore pauperum liberetur, & tunc rem & meritũ perdit. Item falſe largus eſt, qui dat ſua propter coactionem, vel fauorem, vel propter ſpem gratiæ in præſenti, & gloriæ in futuro: vel propter timorem iudicis qui dare præcepit, cuius præcepti tranſgreſſionem impune non tranſiret.

De Veritate. Cap. XVIII.

Veritas iuſta eſt, quando vere concordant mens & lingua & opera,

opera, vt quod ſentit quis in corde,
hoc proferat ore, & perficiat opere,
Phil. 3 exemplo Apoſtoli inuitantis: Eſto-
te imitatores mei, & obſeruate, id
eſt, imitamini eos, qui ambulant ſe
cundum formam noſtram. Gloſa, id
eſt, ſicut ego credo, doceo, & viuo.
Ille verax eſt, qui Deo & omnibus
hominibus immutabiliter omnia
vota ſeruat, & omnia verba ſua ſe-
mel dicta opere complet, niſi ea
quandoque ſalubriori conſilio mu-
Iſid. li. 2. de Syno. tet, iuxta illud Iſidori: In malis pro
miſſis reſcinde fidem, & in turpi vo
to muta decretũ. Sic Dominus quã-
Eſai. 38. doque ſententiam propriam permu
tauit, vt patet in Ezechia: Nam Eze
chiam moriturum per Eſaiam præ
dixit, & tamen quindecim ei an-
Ionæ. 3. nos poſt fletum adiecit. Et Niniuẽ
infra quadraginta dies ſubuerten-
dam per Ionam prædicauit, quam
propter humiliationem regis & po
Ioã. 14 puli ſtare permiſit. Ad amorem veri
tatis inducere nos debet, quod Chri
ſtus eſt veritas, & quia veritas ſem-

per in ſe amabilis eſt. Et licet aliquibus quandoque grauis ſit veritas & intolerabilis, non eſt hoc ex parte veritatis, ſed ex parte prauæ eorum voluntatis, quam libenter implerent, ſi veritatem contrariam non haberent. Caſtis & humilibus amabilis eſt veritas, quæ commendat caſtitatem & humilitatem. Veritas deteſtatur ſuperbiam & impudicitiam; quia nimis contraria eſt impudicis & ſuperbis quia concupiſcentiã in oppoſitis firmauerunt. Item quia veritas vincit omnia, ſicut probatum eſt in Eſdra: Et quia veritas immutabilis eſt, ſicut dicit Dominus: Facilius eſt cælum & terram tranſire, quam verba mea prætetire. Argumentum veritatis eſt, cum quis nec pro fauore alicuius, nec pro vtilitate propria, nec pro amiſſione rerum & corporis, veritatem in ſe relinquit, nec diſſimulat, nec palliat in alijs, nec vnquam à propoſito aliquod falſum dicit, nec dicere proponit, nec verba ſua ſemel dicta niſi propter cauſãm neceſſa-

3. Eſd. 3. *Matt. 4.*

Num. 22. ceſſariam permutat, exemplo Balaam, dicentis: Si dederit mihi Balach domum plenam argenti, non poſſum dicere niſi quod dixerit mihi Dominus: & ſimiliter exemplo Hieremiæ, Michææ, Danielis, & aliorum Prophetarũ, qui nulla cauſa vinci poterant, vt à veritate verbis vel factis deuiarent. Argumentum falſitatis eſt, vnum habere in ore, & aliud in corde: & verba ſua ex facili ſine cauſa vtili & neceſſaria permutare. Ille vere non ſolum fallax eſt, ſed proditor veritatis, vt dicit Chryſoſtomus; qui tranſgrediens veritatem, palam pro veritate loquitur mendacium, ſed etiam & ille qui non libere veritatem pronunciat, quam libere oportet pronunciare: aut non libere veritatem defendit, quã libere defendere oportet, proditor veritatis eſt. nam ſicut ſacerdos debitor eſt vt veritatem quam audiuit à Deo libere prædicet: ſic laicus debitor eſt, vt veritatem quam audiuit quidem à ſacerdoti-

Chryſoſt. in Matt. homil. 25. in opere imp.

doti-

dotibus probatam in ſcripturis, defendat fiducialiter: quod ſi non fecerit, proditor eſt veritatis.

De Manſuetudine. Cap. XIX.

MAnſuetudo vera ſiue benignitas eſt, cũ propter illatas iniurias mẽs nequaquam exacerbatur, nec amaritudo cordis exterius indicatur, ſed eſt quaſi homo non audiens, & non habens in ore ſuo redargutiones, *Pſ. 37.* exemplo Ieſu dicẽtis: Ego quaſi agnus manſuetus qui portatur ad victimam, *Eſaia 53.* qui coram tondente ſe obmuteſcit, & non aperit os ſuum. Vnde dicit Gloſa ſuper Matthæum: Mitis eſt, quem mentis aſperitas ſiue amaritudo non afficit, ſed ſimplicitas fidei ad omnem iniuſtitiam patiendam inſtruit. Mitis eſt, quem nec rancor, nec ira afficit, ſed omnia æquanimiter ſuſtinet. Huius virtutis quaſi magnæ magiſtrum ſe fecit Dominus, quod nõ feciſſet, niſi vna ſummæ perfectio-

 nis

Matt. 5. nis hæc eſſet virtus. Diſcite, inquit, à me, quia mitis ſum & humilis corde. Manſuetus non irritat nec irritatur, non nocet nec nocere cogitat. Mitis eſt, qui malis moribus dominatur. Hæc omnia in Gloſa. Ad amorem māſuetudinis inducere nos debet beatitudo promiſſa ex perſona Chriſti, dicentis: Beati mites, quoniam ipſi poſſidebunt terram. *Au. de ſermo. Domini in monte.* Auguſtinus: Illam credo terram de qua pelli non poſſunt. *Pſ. 63.* Pſalm. Manſucti autem hæreditabunt terram, & delectabuntur in multitudine pacis. *Pet. 5.* Et Petrus: Manſuetis dabit gratiam. *Prouer. 3.* Argumentum veræ manſuetudinis eſt, cū mens in afflictione non murmurat, nec mordentes verbis remordet: ſic nec in facie aliquā amaritudinem demonſtrat, ſed quietum animum ad inhabitādum Deo ſemper ſeruat. Argumentum falſæ manſuetudinis eſt, cum homo verba mollia & manſueta profert, faciem manſuetam exhibet, & tamen grauem amaritudinē in animo portat.

De Fide. Cap. XX.

FIdes vera eſt, credere patrem & filium & ſpiritum ſanctum eſſe vnum verum Deum, & quod in his tribus perſonis eſt vna indiuiſibilis Deitas, æqualis gloria, coæterna maieſtas: quilibet eorum eſt increatus, immenſus, æternus, ſumme bonus, ſapiens, omnipotens Deus & Dominus. Nec tres ſunt increati, immenſi, boni, æterni, ſapientes: aut tres Dij, aut tres Domini, ſed vnus eſt increatus, &c. Et in tribus perſonis nullus eſt prior, aut poſterior, quia coæterni ſunt; nec aliquis minor eſt aut maior, quia ſunt per omnia & in omnibus coæquales. Differunt tamen in proprietatibus, quia pater eſt ingenitus, à nulllo habens originem: filius vero à patre eſt genitus, lumen de lumine, Deus verus de Deo vero. Spiritus ſanctus nec eſt creatus, nec genitus, ſed procedens æqualiter ab vtroque. Item vera fi- *Athanaſ. in Symb.*

des iubet credere, quòd Dominus Ieſus Chriſtus eſt verus Deus & verus homo, æternaliter natus de patre ſecundum Deitatem, temporaliter natus de matre ſecundum humanitatem, & per omnia æqualis patri ſecundum diuinitatem, qui aſſumpſit animam ex nihilo, & carnem de puriſsimo ſanguine beatæ Mariæ virginis: impaſſibilis & immortalis ſecundum diuinitatem, & paſſibilis & mortalis ſecundum humanitatem. Item veram fidem habens credit omnes articulos fidei firmiter & indubitanter, tam ad diuinitatem, quàm ad humanitatem Chriſti pertinentes. Ad veram fidem inducere nos debet fides antiquorum fidelium, ſcilicet Abraham, Iſaac, & Iacob, Moyſi & ſimilium: Et gentilium, id eſt, Iob, Raab meretricis, & ſimilium: per hanc placuerunt omnes antiqui Deo, & ſine fide impoſſibile eſt placere Deo; ſicut dicit Apo-

ſtolus:

ſtolus: Ad idem inducere nos debet *Hebr.*
duplex vtilitas fidei. Nam vera fi- *11.*
des omnia poteſt, omnia impetrat,
teſte Domino Ieſu Chriſto, qui ait: *Marc.*
omnia poſſibilia ſunt credenti. Et, *11.*
quicquid orantes petitis, credite *Marc.*
quia accipietis, & fiet vobis: etiamſi *9.*
dixeritis monti huic, mitte te in ma
re, &c. Sicut montes Caſpij petente
Alexandro adunati ſunt. Argumen-
tum veræ fidei eſt, frequens exerci-
tatio in bonis operibus. Nam ſicut
corpus mortuum eſt ſine ſpiritu: ita
fides ſine operibus mortua eſt, vt di-
cit Iacobus: Argumentum falſæ fi- *Iacob 2.*
dei eſt, non credere ſcripturæ per
omnia, ſed putare, quòd omnia fiāt
ex fato, vel curſu naturæ, & non
ex Dei prouidentia. Itē dicit Chry- *Chry-*
ſoſt. quòd ille Deum eſſe non cre- *ſoſt.*
dit, qui ea præſente Deo facit occul
te, quæ publice præſentibus homi-
nibus facere pertimeſcit. Item Hie
ronym. Non eſt vere Chriſtianus,
qui non audet in eo ſtatu mori, in
quo audet viuere. Heu multæ fuerūt

olim hæreſes, de quibus dicit Hieronymus; Liberum ſic confitemur arbitrium, vt dicamus nos non ſemper indigere auxilio Dei, & tam illos errare, qui cum Manichæo dicunt hominem peccatum vitare nō poſſe, quàm illos qui cum Iouiniano aſſerunt hominem peccare non poſſe, quia vterque tollit animi libertatem. Nos autem dicimus hominem & ſemper poſſe peccare, & poſſe non peccare.

Manich.
Iouin.

De Spe. Cap. XXI.

SPES vera & perfecta eſt, certa expectatio futuræ beatitudinis, proueniens ex gratia Dei, & meritis præcedentibus. Hæc duo neceſſaria ſunt ad veram ſpem. Gratia enim Dei non niſi per merita ſeruatur: ſine meritis autē & gratia nemo ſaluatur. Spes autem ſine meritis non eſt ſpes, ſed pręſumptio dici poteſt. Ille veram ſpem habet, qui licet frequenter ſe in bonis operibus exerceat,

ceat, tamen nunquam in ſuis meri-
tis, ſed ſolum in ſuperabundantia
bonitatis vel largitatis diuinæ con-
fidit, neſciens vtrum bona ſua Deo
placeant, cum omnes iuſtitiæ no- *Eſaiæ*
ſtræ ſint ſicut pannus menſtruatæ. *64.*
Ille veram ſpem habet, qui Deo ſa- *Pſ. 4.*
crificium iuſtitiæ offert, iuxta illud:
Sacrificate ſacrificium iuſtitiæ, &
ſperate in Domino. Sacrificium iu-
ſtum eſt vnigenitus Dei filius, qui ſe
pro peccatis totius mundi obtulit
Deo patri in ara crucis; ampliorem
emendam offerens quàm totus mũ-
dus debebat. Suffeciſſet enim, (vt di
cit Ambroſius) vna gutta tam pre-
tioſi ſanguinis ad redimendum to-
tum genus humanum, ſed abundan-
ter effudit, vt abundãtiam dilectio-
nis oſtenderet, In hoc ſacrificio eſt
tota ſalus & ſpes noſtra, iuxta illud
Bernardi: Peccaui peccatum gran- *Berna.*
de: conſcientia turbatur, ſed non *ſer. 61.*
perturbabitur, quia vulnerum Do- *ſuper*
mini recordabor: ego vero quod mi *cantic.*
hi deeſt, ex me fidenter mihi vſurpo *an. e*

ex viſceribus Domini; quoniam mi ſericordia affluunt, nec deſunt fora mina, per quæ effluat. Ipſe enim ieiunauit, vigilauit, & orauit, ſudauit, laſſatus eſt, lachrymatus, flagellatus, paſſus, crucifixus eſt, vt in ipſo complemētum omnium habeamus defectuum. Ad veram ſpem beatitudinis inducere nos debet excellentiſſimus amor Ieſu Chriſti, quo cogente cum tanta amaritudine ſalutem nobis promeruit: & ne obtenta nobis ſalus deperiret, diligentiam tantam exhibuit, vt conferret nobis angelos ad protectionem, ſcripturam ad eruditionem, exempla ſua & ſanctorum ſuorum ad viæ demōſtrationem, corpus ſuum & ſanguinem ad confortationem. Argumentum veræ ſpei habet, qui viriliter reſiſtit malis, & confortatur in bonis: qui virilis eſt in aggreſſu arduorū, & fortis in perſeuerantia ipſorum,
Pſ. 30. iuxta illud Pſalm. Viriliter agite, & confortetur cor veſtrum, omnes, qui ſperatis in Domino. Argumentum

falſæ

falſæ ſpei habet, qui præcepta diui na & vota transgreditur, non curãs vitam ſuam corrigere ſecũdum ſcri pturam, præſumens nimis ſine meritis de bonitate Dei. Talis ſpes vana eſt, ſicut dicitur in libro Sapientiæ: Spes impij tanquam lanugo, quæ à vento tollitur, & tãquam ſpuma gracilis, quæ à procella diſpergitur, & tanquãm fumus qui à vento diffunditur, & tanquam memoria hoſpitis vnius diei prætereũtis. *Sap. 5.*

De Timore Cap. *XXII.*

TImor iuſtus eſt, fide & moribus diuinorum diligeus cuſtodia præceptorum. Item iuſtus timor eſt anxietas cordis retrahẽs hominem ab illicito vſu membrorum, ſenſuũque exteriorum, & affectionum interiorum, ne anima vel à Deo penitus ſeperetur: vel à familiaritate ip ſius aliquantulum elongetur, cauẽs etiam, ne mens vel in cibo, vel in potu, vel in ſomno, vel in aliqua

creatura minimã delectationẽ quę-
rat, & ſic à feruore Dei tepeſcat.
Hanc anxietatem habet ſponſa ad
ſponſum chariſſimum, ne in aliquo
motu, inceſſu, verbo vel facto ipſum
offendat, quo ingratitudinem eius
incurrat. Item ne minus grata ſit
per culpam aliquam etiam mini-
mam. Iuſtus timor cogit non ſolum
à peccatis grauibus, immo etiã à ve
nialibus abſtinere: nam ex conſue-
tudine venialium, ſecuritas mẽtis;
& familiaritas Dei amittitur, multi
formis gratia negligitur. Ad iuſtum
timorem inducere nos debet multi-
plex eius vtilitas. Eſt enim initium
ſapientiæ. Vnde Pſalmiſta: Initium
ſapientiæ, timor Dei & iuſtitiæ iux
Pſ. 110 ta illud: Qui ſine timore eſt, non
& Ec- poterit iuſtificari. Item eſt ſignacu-
cl. 1. lum & concluſio omnium virtutum
& gratiarum, iuxta illud: Timor Do
mini omnibus ſe ſuperponit. Vbi
non eſt timor Domini, omnis gra-
tia ſubito diſpergitur, & cõſcientia
Ec. 27 peruertitur: iuxta illud Eccleſ. Si
non

non in timore Domini tenueris te inſtanter, cito ſubuertetur domus tua. Aliam vtilitatem timoris Domini dicit beatus Bernardus: In veritate didici nil ęque efficax eſſe, ad gratiam promerendam, quàm ſi omni tempore coram Deo inueniaris non altum ſapere, ſed timere. beatus homo qui ſemper eſt pauidus: time ergo cum arriſerit gratia, time cum abierit, time cum denuo reuertetur. & hoc eſt ſemper pauidum eſſe, cum adeſt time, ne non digne opereris ex ea. time ſubtracta gratia tanquam mox caſurus. Iam ſi gratia repropriata redierit, multo amplius tunc timendum, ne forte contingat reciduum pati. Ad idem inducere nos debet miſerabilis caſus angelorum, de quo Iob ait: Ecce qui ſeruiunt ei, non ſunt ſtabiles: & in angelis ſuis reperit prauitatẽ: quanto magis qui inhabitant domos luteas, & terrenum habent fundamẽtum, conſumentur velut à tinea. Itẽ caſus ſanctorum virorum ab initio

Berna. ſermo. 54 ſuper cā.

Iob. 4.

mundi, ſicut fuit Adam, Samſon, Salomon, & omnes Apoſtoli: & heu hodie viri ſanctiſsimi proſternuntur, iuxta illud: Cadent à latere tuo mille, id eſt, qui ſedere debent ad latus iudicis in iudicio, & decem milia à dextris tuis, id eſt, qui debent locari ad dexteram Chriſti. Vnde dicit Gloſa: Sunt multi qui putant ſecum Chriſto iudicaturos, & ſunt multo plures qui putant ſe collocandos à dextris inter ſaluandos, ſed decipiuntur: quia qui de ſe præſumunt, non habentes in alto radicem defixam, decidunt à cogitationibus ſuis. Ad idem inducere nos debent exempla ſanctorum Deum timentium, ſicut Iob de ſe dixit:

Pſ. 90.

Iob 31 Quaſi tumentes fluctus ſuper me, ſemper timui Deum. Et ſuper illud

Iob 17. Iob: in profundiſsimum inferni deſcendent omnia mea, dicit Gloſa. Penſate quis noſtrum ſecurus ſit de requie, cum de illa trepidat ille, quẽ Iudex laudat. Vnde Hieronymus de ſeipſo loquitur: Quotiens diem iudi-

iudicij cogito, toto corpore contremiſco. Quid igitur nos miſeri acturi ſumus, vbi tanti viri trepidant? Argumentum iuſti timoris habent, qui tam ſolliciti ſunt omnium quæ Dei ſunt, vt nullo tempore vel loco quicquam eorũ negligunt, quæ ſibi poſſibilia ſunt, immo pro poſſe omnia feruenter operantur. Vnde Eccleſiaſt. Qui timet Deum, nihil negligit. Et iterum; Qui timet Deum, faciet bona. Argumentum iniuſti timoris habẽt, qui pro amiſſione corporis, vel rerum, non propter Deũ bonum faciunt, vel malum dimittunt: vel malum faciunt & bonum dimittunt. Hunc timorem prohibet Dominus, dicens: Nolite timere eos qui occidũt corpus. Et Eſa. Tu quis es, vt timeas ab homine mortali? Talibus dicit Dominus: Vbi ſunt dij eorum, in quibus habebant fiduciam?

Eccle. 7. *Eccleſ. 15.* *Matt. 10.* *Eſaiæ 51.* *Deut. 32.*

Di

De Lætitia. Cap. XXIII.

LAetitia vera ſiue gaudium eſt, conſolari in his quæ in Deo ſunt. Materia enim omnis gaudij in Deo eſt, ſcilicet potentia, ſapiētia, bonitas, largitas, pulchritudo, beatitudo, miſericordia, iuſtitia, veritas, nobilitas, ſanctitas, manſuetudo, fidelitas, charitas, humiltas, & ſi quæ ſunt ſimilia. Et hæc omnia immenſa & æterna ſunt in Deo. Ille veram lætitiam habet, qui ſynceram habet conſcientiam in omnibus factis ſuis, nec vnquam tranſgreditur diuina præcepta vel vota, ſed ſemper intendit proficere, & exemplis Ieſu Chriſti & diuinis moribus ſe conformare. De hac conſcientia gaudebat & gloriabatur

2. Co. 1. Apoſtolus, dicens: Gloria noſtra, hæc eſt, teſtimonium cōſcientiæ noſtræ, quod in ſimplicitate & ſinceritate Dei, non in ſapientia carnali, ſed in gratia Dei conuerſati ſumus

in

in hoc mundo, abundantius autem ad vos. Ad veram lætitiã inducere nos debet, quod ſuperbonus Deus inter omnes creaturas ſolam creaturam humanam in tãtum ſibi vniuit, vt vere dicatur Deus eſſe homo, & homo eſſe Deus, & quidquid Deus habet per naturam, homo habet per gratiam. Nuſquam enim angelos apprehendit: ſed ſemen Abrahæ, vt dicit Apoſtolus, Gloſa Chryſoſtomus: Reuera magnum eſt & mirabile carnem noſtram ſurſum ſedere, & ab angelis & archangelis adorari. Aliud inductiuum eſt quod Deus nos certificauit de æterna beatitudine promiſſis legis & prophetarum iuramento iuxta illlud: Iuſiurandum quod iurauit ad Abrahã patrem noſtrum daturum ſe nobis, per priuilegia quatuor euangeliorum, per teſtimonium Apoſtolorum & Euangeliſtarum per pignus Spiritus ſancti in baptiſmo, qui eſt pignus hæreditatis noſtræ, per arram, id eſt, prçguſtationem in deuotione

Hebr. 2. *Chryſ.* *Luca 1.*

& dul-

& dulcedine Dei, per obſidem qui eſt Chriſtus vnigenitus Dei filius.
Phil.4 Ad hoc duplex gaudium hortatur nos Apoſtolus dicens: Gaudete in Domino ſemper, propter diuinam vnionem; iterum dico gaudete, propter æternæ beatitudinis certitudinem. Argumentum & materiam veræ lætitiæ habet, qui per internam inſpirationem certificatus eſt de remiſſione omnium peccatorum: quibus tam grauiter Deum omnemque creaturam offendit omnemque gratiam collatam amiſit, & conferendam demeruit. Hanc certitudinem habuit Maria Magdalena, cui dixit
Luc.7. Dominus: Remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum. Et beatus Franciſcus, de quo dicitur: Quadrans quoque nouiſſimus culparum ſibi penitus dimitti reuelatur. Aliud argumentum & materia veræ lætitiæ eſt, ſecuritas in mente quòd homo ſit filius Dei, & hæres regni cæleſtis. Hanc ſecuritatem dat Spiritus ſanctus, vt dicit Apo-

ſtolus: Ipſe ſpiritus teſtimoniū dat ſpiritui noſtro, quòd filij Dei ſumus: quod ſi filij, & hæredes. Hanc certitudinem habuit Apoſtolus, cū dixit: Certus ſū, quòd neque mors, neque vita, neque aliqua creatura poterit me ſeparare à charitate Dei. Argumentum falſæ lætitiæ eſt, delectatio in trāſitorijs; ſiue ſint res temporales, ſiue ſint amicitiæ carnales, ſiue ſit commoditas corporalis, ſiue lætitia temporalis. Hęc lætitia laqueus eſt triſtitiæ. Cum enim tranſierint illa, tranſit & lætitia, & ſequitur triſtitia: & niſi de corde recedat talis lætitia, nunquam intrabit vera lætitia, quia ſimul eſſe non poſſunt, ſicut ignis & aqua, qeæ muto ſe expellunt. Habetur etiam quandoque lætitia naturalis, quando homo cogitat, loquitur, vel audit loqui, vel legit de perfectione Dei, vel etiam habetur de appetitu regni cæleſtis. Omnes enim naturaliter appetunt beatitudinē. Hæc lætitia ſimiliter eſt vana, & difficulter

Rom. 8.

Rom. 8.

ficulter cognoſcitur quando ſit gratuita, & quando naturalis. Felix enim eſſet qui diceret poſſet cum E-
Eſ.61. ſaia: Gaudens gaudebo in Domino (creatore) & exultabit anima mea in Deo meo (redemptore) quia induit me,&c.

De Triſtitia. Cap. XXIV.

TRiſtitia vera eſt dolor proprij cordis pro omnibus iniurijs quas patiens Deus innocenter ſuſtinuit à creaturis ſuis à principio mũdi,& vſque in finem ſuſtinebit, tam à ſpiritualibus quàm à ſecularibus hominibus. Iſte dolor innumerabiles lachrymas ſanguineas elicere debet ab oculis glorioſorum amantium Deum. Alia pars veræ triſtitię eſt, quod frequenter homo in tentacionibus ſine repugnantia ſuperatur. Quando enim aliquid videt vel audit, tam in volatilibus quàm in reptilibus, quod ſpectat ad impudicitiam, ſtatim mens impudicis cogita-

gitationibus vel affectibus, vel voluptatibus ſordidatur: quando vero aliquid percipit anima ex quinque ſenſibus quod mouere poteſt ad vanam gloriam, inuidiam, iram, rancorem, detractionem, auaritiam, leuitatem, vel carnalem amicitiam, vel aliquod peccatum, ſtatim ſine pugna deijcitur in aliquod prædictorum, dubius ſi vnquam à tali peccato reſurgat, & ſi auxilio Dei reſurgit, incertus eſt ſi vnquam recuperet gratiam quam habebat, & tantam quantam ante habuit. Homo enim per ſe cadere poteſt, per ſe autem nũquam reſurgere poteſt, quia caro eſt ſpiritus vadens & non rediens. Alia pars veræ triſtitiæ eſt: quod multiplex gratia effluẽs à fonte diuinæ pietatis ad nihilum redigitur eo quòd non reuertitur ad ſuũ principium, vnde fluxit cum multiplici fœnore, ſecundum ordinationem Dei: hoc omnes creaturæ dignè deflere non poſſunt. Ad veram triſtitiam inducere nos debet exemplum

plum ſanctiſſimum vitæ Ieſu Chri-
ſti, cuius anima triſtis fuit à princi-
pio vitæ ſuæ vſque ad mortem, qui
etiam triſtes beatos eſſe confitetur,
Matt. 5. dicens: Beati qui lugent, &c. quia
non niſi per triſtitiam gaudia inue-
niri valent, dicit quædam gloſa ſu-
per canonica Iacobi. Ad idem indu
cere nos debet vtilitas ex ea proue
niens: vtilior eſt enim vera triſtitia
quàm vera lætitia, iuxta illud: Me-
lius eſt ire ad domum luctus quàm
ad domum conuiuij. Frequenter
enim ex triſtitia quiſque deprimi-
tur qui quandoque ex lætitia vera
Ecc. 7. eleuaretur. Et quod miſerabilius
eſt, quandoque fit homo ſpiritualis
poſt lætitiam & deuotionem men-
tis liberior illa die, & incautior in
factis ſuis, quàm ſi nullam lætitiam
habuiſſet. Alia eſt vtilitas triſtitiæ,
cum oratio & cætera bona opera
Deum vngant & mulceant, lachry-
ma quæ eſt effectus triſtitiæ, Deum
cogit, ſiue pungit ſecundum Bernar
dum. Argumentum veræ iuſtitiæ
habet,

habet, cuius mens ex dolore non affligitur, ſed alleuiatur; nec vult à triſtitia liberari, ſed ſemper deſiderat ampliorem. Triſtitia verò à qua mens affligitur, & à qua quis ſubitò liberari conatur, iniuſta eſt: talis eſt triſtitia, de qua ſcriptum eſt: Spiritus triſtis exiccat oſſa (virtutum:) & Iacob. Ira viri (veniens ex triſtitia) iuſtitiam Dei non operatur. Argumentum veræ triſtitiæ habet, qui à delicatis quibuslibet cohibet ſenſus ſuos, non videt, nec audit, nec guſtat, nec odorat aliquid, nec tangit, per quod triſtitia mitigari poteſt. Fugit etiam omnem locum, & omnes homines ex quorum conſortio minui poteſt dolor cordis. Certus eſt enim ſecuriſſimam viam eſſe in vera triſtitia vitam finire, iuxta illud: Cor ſapiētium, vbi triſtitia: cor ſtultorum, vbi lætitia. Argumentum falſæ triſtitiæ habet, qui non conſiderans ſapientiſſimam ordinationem Dei, torquetur pro amiſſione rerum temporalium, vel pro af-

Prou. 17.

Iacob. 1.

Eccle. 7.

ſlictione, vel morte amicorum, vel pro ſui corporis infirmitate, vel pto ſua correctione. Talis triſtitia nullam gratiam confert, ſed mentem
Proue. dilaniat, iuxta illud: Sicut tinea ve-
25. ſtiméto, ſic triſtitia nocet cordi. Et
Proue. alibi: In mœrore animi deijcitur ſpi
15. ritus.

De Gratitudine. Cap. XXV.

GRatitudo vera & perfecta eſt, extollentia donorum Dei in anima cum annihilatione ſui & debita cordis reuerentia. Sic magnificauit Dauid dona mandatorum
Pſ. 118 Dei, dicens: Dilexi mandata tua ſuper aurum & topazion. Et Salomon
Proue. extollebat donum Dei, dicens: Pre-
8. cioſior eſt ſapientia cunctis opibus, & omnia quæ deſiderantur, non valent ei comparari. Ille veram gratitudinem habet, qui omnium donorum ſe indignum ſentit, & quanto ſe beneficiorum indigniorem reputat & ſentit; in tantum gratitudo mentis

mentis excreſcit. Ad veram gratitu dinem inducere nos debet conſideratio dantis, qui eſt Deus omnipotentiſſimus, nobiliſſimus, amantiſſimus, fideliſſimus, optimus, beatiſſimus & perfectiſſimus. Item donorum magnitudo. Non eſt enim tam paruum donum ſpirituale cum corporali à Deo fluens in quo non ſit incluſus immenſus Deus cum omni diuina virtute. Item penſandus eſt affectus dantis. Non enim ex ſe dimidio dat, vel cum indignatione ali qua, vel vt abſoluatur à nobis, ſed ex omni deſiderio diuino ex tota di lectione & bonitate ſua. Item ponderanda eſt vtilitas donorum: ſingu la enim dat ad ipſum cognoſcendũ, amandum, fruendum, & ad nos beatificandum. Item penſandum eſt, quid cogit Deum ad dandum, non timor alicuius mali, vel ſpes alicuius boni, nec aliqua virtus noſtra, ſed æterna & immenſa bonitas ſua. Item conſideranda eſt indignitas noſtra, qui nec ipſa vita digni ſu-

 mus;

mus; nec meruimus eſſe vermes inter alias creaturas. Item ad idem inducere nos debet vtilitas gratitudinis;nam ipſa aperit fontem diuinæ pietatis, rorem miſericordiæ, fluenta gratiæ. Quanto enim maior eſt gratitudo in anima,tanto fit habilior ad gratiam recipiendam, & tanto amplius largiſſimus Deus cogitur ad largiendum. Argumentum veræ gratitudinis habet, qui penſatis ſingulis ſupradictis quæ valent ad gratitudinem, pro ſingulis donis paruis & magnis ex toto corde gratias agit, cum eas reuerenter ſuſceperit, & toto niſu gratias ab amantiſſimo Domino ſuſceptas impollutas conſeruare contendit. Quomodo enim amici donum gratum fuit, quod non gratanter ſuſcepit, & tam ſubito ſponte deturpat vel amittit. Nec ſolum gratitudine indigemus in his quæ ſunt ad noſtram conſolationem, ſed etiam in his quæ ſunt ad noſtram afflictionem. Ex eadem quippe charitate & bonitate dat

Deus

Deus vtrunque. Hinc eſt quod To- *Tob 11.*
bias ait:Benedico te Domine, quia
caſtigaſti me & ſanaſti me. Ad æ-
qualem enim gratiam in præſenti,
& gloriam in futuro dat Deus deuo
tionem, & permittit peruenire tri-
bulationem, vel ad maiorem vtili-
tatem, ſicut permiſit Iob qui dixit:
Si bona ſuſcepimus de manu Do- *Iob. 2.*
mini, mala quare non ſuſtineamus?
quaſi dicat, vtrumque gratanter ſu-
ſcipere debemus.. Argumentum in-
gratitudinis habet, quando aliquis
obſtruit cor ſuum aliqua mala vo-
luntate, vel rancore, vel leuitate,
vel delectatione temporali, vel ami
citia carnali, præ quibus non poteſt
ſpiritualia dona percipere, aut cum
perceptas gratias non curat con-
ſeruare, aut collatas multipli-
care, aut eis frui ſecundum or-
dinationem Dei pro communi vti-
litate non laborat, aut cum mune-
ribus à Deo perceptis in corpore &
in anima & in viribus animæ ipsũ
Deum impugnat, ſicut heu frequen

ter cõtingit. Tunc enim omnia meretur amittere, quando eis vtitur contra largitorem.

De Zelo animarum. Cap. XXVI.

ZElus animarum verus & perfectus eſt, quando aliquis ſanctis meditationibus, feruentibus deſiderijs, lachrymis, orationibus, vigilijs, ieiunijs prædicationibus, confeſſionibus, conſilijs, doctrinis, atque alijs bonis operibus pro ſalute animarum laborat. Quanta enim hæc gratia ſit, Beda deſcribit: Quęnam ſublimior & Deo gratior conuerſatio eſſe poteſt, quàm eorum qui quotidiano exercitio alios ad auctoris ſui gratiam ſtudent conuertere, & crebra animarum fidelium acquiſitione, gaudium cæleſtis patriæ ſemper augere. Vnde Gregorius ſuper Ezechielem, Nullum omnipotenti Deo tale eſt ſacrificium, quale eſt zelus animarum: & hoc propter imaginem Trinitatis impreſſam

Greg. lib. 1. ſuper Ezech. in homil. 12.

preſſam animabus. Ad zelum animarum nos inducere debet exemplum Ieſu Chriſti, qui in omni vita ſua tanto feruore conuerſionem peccatorum & perfectionem bonorum ſitiuit, vt pro recuperatione animarum venditarum ſingula membra ſua ad ſingularem pœnam, & tandem animam ſuam ad turpiſſimam mortem offerret. Teſte Bernardo: Tantum reconciliationis humanæ ſtudium fuit ſibi, vt ad ſua ſtipendia non attenderet, dum erroneum lucraretur. O quanta dignitas animarum, & quantus zelus ad animas, pro quarum redemptione pretioſum ſanguinem ſuum totum obtulit Dei filius Deo patri, cum tamen ſuffeciſſet vna gutta tam pretioſi ſanguinis ad redimẽdum totum genus humanum, ſicut dicit Ambroſius, & maxime cum ſibi nihil beatitudinis accreſceret vel decreſceret. Hãc nobilitatem animarũ nouerat ſapiẽtia Dei, quæ nobis incognita eſt, quòd conqueritur Bernardus,

dicens: Heu quòd tam parũ attendimus animæ nobilitatẽ, qua præſente corpus viuit, cuius abſentia probat, quid eius præſentia contulit, quam Deus tanti æſtimauit, vt vnigenitum ſuũ pro ea daret, quam diabolus tanti reputauit, vt pro ea totum mundum offerret. Argumentum veri feruoris habet: qui nec propriam vitã curat, vt plures animas
2. *Re.* Chriſto lucrifaciat. Hũc zelum Da-
29. uid habuit, cũ dixit: Quis mihi det,
vt ego pro te moriar fili mi Abſa-
1. *Co.* lon? Et Apoſtolus, cũ dicit: Ego ip-
12. ſe impendar pro animabus veſtris.
1. *Cor.* Et iterũ: Quotidie morior propter
15. gloriam veſtram, id eſt, mortis pericula ſuſtineo. Et beatus Dominicus, cum ſe vendere pro quodam captiuo voluit, quem detinebant Saraceni. Et iterum pro alio, qui manſit apud hæreticos propter victum, quem tamen ſapiens Deus propter ſalutem pluriũ animarum inuenditum conſeruauit. Argumentum falſi feruoris habet, qui de ſpiritualibus ope-

operibus magis ſolicitus eſt pro muneribus, quàm pro animabus. Talis peior eſt diabolo, qui figuratur in rege Zodomorum, qui dixit ad Abraham: Da mihi animas, cætera tibi tolle. Et qui amplius pro amicitia hominum laborat vel fauore, quàm pro eorum ſanctitate & perfectione, talis nō poteſt dicere, cum Apoſtolo: Nō quæro veſtra, ſed vos. Notandum autem, quòd vbicunque duo mouent ad aliquod opus, ſcilicet Deus & aliquid aliud, difficulter cognoſcitur quod plus moueat. Verbi gratia, aliquem mouet ad audiendū confeſſiones, vel ad aliquod opus ſpirituale, ſalus animarum & ſpes lucri: & fauor vel placentia vel libertas, vel aliqua alia delectatio. Hic difficulter diſcernitur, quid horum plus afficiat animum laborantis & operantis. Attamen euidens argumentum eſt, quod aliquid prædictorum plus moueat quàm Deus, vel animarum ſalus, cum audit aliquis libentius diuites nobiles, iuuenes:

Geneſ. 14.

1. *Cor.* 21.

nes;

nes & formoſos, quàm pauperes ignobiles, ſenes & deformes; & cum ſæpius & diutius delectatur eſſe cũ iſtis quàm cum illis, & forte cum minore fructu, cum tamen illi tam ſanctas conſcientias habent ſicut iſti, vel ſanctiores, & tãtum vel amplius obediant conſilijs ſicut iſti, & tantum vel plus perfectioni ſtudeãt quam iſti, & tantum vel plus placeant Deo quàm iſti, teſte Iacobo: *Iacob. 2.* Nonne pauperes elegit Deus, diuites in fide, cohæredes regni? & vos inhonoraſtis pauperem, ipſum non curantes, In quibus Chriſtus tamen maxime honoratur, ſicut in homilia dicitur, ſuper illud: Omnes honorate. *1. Petr. 2.* Item eſt ſatis euidens argumentum, quãdo in operibus noſtris plus quærimus partem Dei quàm partem noſtram. Nam ad illa opera quæ laborem habent, & aliquam conſolationem, vt ſunt prædicatio, confeſsio, Prælaturæ, & ſimilia, licet magnum ſit in eis periculum, tamen ad ea quilibet eſt paratus. Ab

eis

eis verò operibus quę continent tã-
tum laborem & nõ conſolationem,
vt ieiunia, vigiliæ, diſciplinæ,& ſi-
milia,licet nullum ſit in eis pericu-
lum, quilibet tamen ab eis abſtinet
quantum poteſt.

De Libertate. Cap. XXVII.

LIbertas vera eſt, non eſſe liga-
tum vinculis peccatorum,quæ
vere ligant hominem, iuxta illud:
Iniquitates ſuæ capiunt impium,& *Prou.*
funibus peccatorum ſuorum quili- *5.*
bet conſtringitur. Et verè ſeruum
faciunt iuxta illud verbum Domi-
ni: Qui facit peccatum, ſeruus eſt *Ioan.*
peccati. Peccare enim nõ eſt liber- *8.*
tas, vt dicit Anſelmus, ſed eſt peſſi-
ma ſpecięs ſeruitutis. Ab hac ſerui-
tute, nemo liberatur niſi ſolius Dei
auxilio,ipſo teſte: Si filius vos libe- *Ioan.*
rauerit,tunc vere liberi eritis. Verã *8.*
libertatem habet, qui non eſt cap-
tus appetitu rerum temporalium,
nec laude, nec fauore hominũ, nec

placen-

placentia propria, nec diſplicentia aliena, nec amicitia carnali, vel timore ſeruili, nec delectatione gaudij tranſitorij. Ad amorem libertatis inducere nos debet diuina ordinatio, quæ vult hominem eſſe liberum, in cuius ſignum dedit homini liberum arbitrium, in hoc maxime ipſum ſibi aſſimilans, quòd à nemine cogi poteſt, ſicut nec Deus in aliquo cogi poteſt. Illud liberum arbitrium contulit Deus homini, dicẽs
Ec. 15 in Eccleſiaſtico: Appoſui tibi ignem & aquam, ad quod vis mitte manum tuam: Ante hominem vita & mors, bonum & malum, quodcunque placuerit ei dabitur ei. Ad veram libertatem indubitanter inducitur, qui præceptorum diuinorum & conſiliorum & votorum ſuorum inuiolabili obſeruantia ſe ligat, qui mentem ſuam & ſenſus à voluptatibus refrenat, qui membra ſua nullis illicitis occupat, qui obedientiæ iugum amat, qui toto niſu qualiter Deo placeat laborat. Quanto amplius

plius quis prædictis innititur, tanto citius veram libertatē conſequitur, & in ea fortius radicatur. Qui vere in hoc mundo libere voluntatem ſuam in quantum poteſt exequitur, varijs diaboli laqueis irretitur: & cum liberior eſſe videtur, tūc in ſeruitute diaboli fortius & certius detinetur. Argumentum veræ libertatis habet, qui nihil eorum deſiderat quę à familiaritate Dei mentem alienant vel elongant, ſicut eſt prælatio, circa exteriora frequens occupatio, de commodo carnis nimia ſolicitudo, mentis diſſolutio, ad diuerſa negotia diſtractio, alienæ vitæ & cōſcientiæ temeraria diſcuſsio, priorum defectuum excuſatio ſiue minoratio, defectuum proximorum manifeſtatio vel aggrauatio. Aliud argumentum libertatis eſt, ſecuritas mentis de remiſsione peccatorum pœnæ & culpæ, quæ ex feruore cordis proüenit, qui quandoque circuit in corde, ſicut ignis in fornace, & hominem ante frigidum & palli-

pallidum in oratione facit calidum; & rurſum, qui feruor omnem maculam & pœnam conſumit, ſicut ignis rubiginē ferri exurit. Argumentum ſeruitutis & captiuitatis habet, qui iugum obedientiæ deteſtatur, qui correctionem charitatiuam & fraternam abominatur, qui vindictam iniuriarum ſuarum quotidie meditatur, qui laude & fauore humano afficitur, qui ſcienter & pertinaciter in aliquo, quod eſt contra Deū & conſcientiam, vel contra voluntatem Prælatorum occupatur; vel in receptione, vel collatione munuſculorum, vel litterarum amicabilium delectatur. Vnde ſapiens quidam dixit: Munuſcula accipere, eſt libertatem vendere. Et Iob: ignis deuorabit tabernacula eorum, qui libenter munera accipiunt, id eſt, ignis falſi amoris, & per conſequens illum ſequitur amorem vinculū ſeruitutis. De dante vero dicit Salomon: Qui dat munera, honorem acquiret, animam autem aufert accipientiū;

Iob 15

Prouc. 22.

Sin-

Singula horum auferunt homini libertatem, & redigunt in miſerabilem ſeruitutem. Non enim poteſt in libertate ſpiritus Deo vacare, qui huiuſmodi occupatur.

De Religione. Cap. XXVIII.

RELigio vera ſiue ſpiritualis vita eſt, ſicut dixit Beatus Iacobus, viſitare pupillos & viduas in tribulatione eorum, & immaculatum ſe cuſtodire ab hoc ſeculo. Ille immaculatum ſe ab hoc ſeculo cuſtodit, qui moribus ſecularibus omnino renuntiat, & tam carnalia quàm ſpiritualia peccata, in quantum poteſt, deuitat. Ad veram vitam ſpiritualem inducere nos debet vtilitas, de qua ſcriptura ait: Spiritus eſt qui viuificat, caro non prodeſt quicquã. Et illud Apoſtoli: Qui in carne ſunt, Chriſto placere non poſſunt. Item qui vult vere fieri ſpiritualis, debet fugere & odire carnale commodum

Iacob. 1. *Ioã. 6.* *Ro. 8.*

hoc

hoc, eſt deteſtari carnalia deſideria quæ militant aduerſus animam, vt
1. Pet. 2. dicit Petrus; & appetere aſperitatem & carnale incommodum, hoc enim conſeruat gratiam, ſicut ſpinæ conſeruant herbas in horto. Nã gratia effluit per aures, os, & oculos. Sicut ignis & aqua ſimul eſſe nõ poſſunt, ita nec carnalis & ſpiritualis voluptas ſecundum Bernardum:
Berna. Item debet cognoſcere, quòd homo nihil boni poteſt ex ſe, ſicut dicit
2. Co. 2. Apoſtolus: Non enim ſufficientes ſumus cogitare aliquid à nobis, quaſi ex nobis, ſed tota ſufficientia noſtra ex Deo eſt, hoc aufert præſumptionem. Et quod omnia poteſt per ipſum, per amplius, & perfectius quã per ſemetipſum, teſte Apoſtolo:
Phili. 4. Omnia poſſum in eo qui me cõfortat, hoc aufert deſperationem. Quæ duo valde sũt ſpiritualibus nociua, & ſæpe impugnant, ſcilicet præſumptio & deſperatio. Item ſe habere coram Deo ſemper, non ſolum quàm vilis eſt, ſed etiam quàm vilis

vilis eſſe potuiſſet, niſi Deus cauiſſet: & hoc aufert tumorem. Et quòd Deus exiget rationem de omnibus malis commiſſis, & bonis omiſſis, & gratijs neglectis ſibi & vniuerſitati, hoc infert iuſtum timorem. Itē omne bonum accipere tanquam à Deo dante, hoc excludit falſum amorem, & infert gratitudinem. Et omne malum tanquam à Deo pro noſtra vtilitate, benigne permittente, hoc infert patientiam. Quanto magis quis in his proficit, tanto magis in ſpiritualem vitam inducitur, & in ea creſcit & confirmatur. Argumentum veræ vitæ ſpiritualis habet, cuius ſpiritus carni penitus dominatur, qui tam cito & tãtum ſentit incommodum ſpirituale, ſicut & corporale, & tantum vitat locum, tempus, & homines, vbi & per quos lædi poteſt in ſpiritu, ſicut vbi lædi poteſt & offendi in corpore, & qui tam cito ſtudet mederi ſpiritui ſicut & carni, & tanto magis cauet ſpiritui quàm corpori, quanto di-

gnior eſt ſpiritus quàm corpus. Itẽ argumentum veræ vitæ ſpiritualis habet, qui tantum delectatur in cibis ſpiritualibus, ſicut corporalibus;& tam inuite negligeret aliqua hora cibum ſpiritualem ſicut corporalem,& tam ordinate ſumit cibum ſpiritualem ſicut carnalem: Et tantum ſe cogit ad cibos ſpirituales cũ non appetit, ſicut infirmus cogitur ad cibos corporales cum eos faſtidit. Aliud argumentum vitæ ſpiritualis eſt, ſi homo tam diligens eſt circa ſpiritum ſicut circa carnem: Si tam paratus eſt,in omnibus obedire ſpirituali medico pro ſalute ſpiritus, ſicut carnali pro ſalute carnis. Et tam ſollicitus eſt acquirere gratiam qua indiget in aduerſitate & proſperitate,qua ad amicos, qua ad inimicos,qua cum laudatur,qua cum vituperatur, qua indiget ſolus coram Deo, qua inter homines; ſicut ſollicitus eſt de cibis carnalibus vel quadrageſimalibus, de veſtibus hiemalibus & æſtiualibus. Si tã

tum

tum ſtudet acquirere, multiplicare, conſeruare, vtiliter expendere dona ſpiritualia, ſicut ſecularis dona temporalia, & tanto magis diligens eſt de ſpiritu quam de corpore, quanto dignior eſt ſpiritus corpore. De his omnibus dicit Apoſtol. Qui ſecundum carnem ſunt, quæ carnis ſunt ſapiunt: qui vero ſecundum ſpiritũ ſunt, quæ ſpiritus ſunt ſapiunt. Argumentum carnalis vitæ eſt, ſecundum regulam carnis viuere. Auguſtin. Ille ſecundum carnem viuit, qui pergit quo vult, dormit quando vult, & quamdiu vult, loquitur quæ vult & cui vult & vbi vult, manducat & bibit, quando vult, & quantũ vult, ridet & iocundatur turpiter, inter quos vult, & quando vult. Poſtremo quicquid naribus eſt ſuaue quærit, quicquid tactui blandum, quicquid oculis delectabile, quicquid corpori ſuo iocundum, exercet, & ſequitur, qualiter vult & quã do vult, quia omnia licita & illicita carnalia vult. Deinde delectatur in

Rom. 8

Augu. In lib. de ſalutar. documentis ca. 17.

pulcherrimis veſtimentis & equis & armis quando vult, & ſicut vult:& ſic non ſecundum Deum ſed carnaliter viuit,& delectatur,& omnia deſideria carnis ſuæ perficit ſicut vult & quando vult. Aliud argumentum vitæ carnalis eſt, libertas linguæ, quam ſequitur diſtractio
Iacob. 1. cordis, iuxta illud Iacobi: Si quis putat ſe religioſum eſſe non refrenans linguam ſuam, ſed ſeducens cor ſuum, huius vana eſt religio. Ideo
Prou. 1. ſcriptum eſt: Qui cuſtodit os ſuum, cuſtodit animam ſuam. In manibus linguæ mors & vita.

De Maturitate. Cap XXIX.

MAturitas vera & perfecta eſt, cum omnes affectiones & vires animæ vnanimiter colliguntur in Deum. Ex hoc vere reſtringitur mens à vanitate. Denique ſenſus quinque ab illecebris compeſcuntur. Sed quando anima à beata illa vnione recedit,diuerſis mox vanita

tibus

tibus irretitur. Nam omnia quæ ſub cælo ſunt vana ſunt, vt dicit Eccleſiaſtes: Ad veram maturitatem inducere nos debet ſanctiſſimum exemplum Ieſu Chriſti, de cuius ſerioſitate ſic dicit Auguſtinus: Et quidem legimus Dominum Ieſum doluiſſe, fleuiſſe, ex itinere fatigatum fuiſſe, opprobria & iniurias ſuſtinuiſſe, ſputa, flagella, crucem ſuſcepiſſe; nunquam tamen legimus eum riſiſſe, proſperatum in terra fuiſſe. Hinc plane, hinc in ſpe gaudent omnes electi, cum ceperint aduerſitatibus mundi fatigari, & nullis eius proſperitatibus fallaciter decipi, ſcientes aliã vitam ſupereſſe. Item quia ſcriptura multum vituperat diſſolutionem & riſum, iuxta illud: Riſum reputaui errorem, & gaudio dixi, quid fruſtra deciperis? Et alibi, Riſus dolore miſcebitur, & extrema gaudij luctus occupat. Et Pſalmiſta loquitur ad Dominum: Odiſti obſeruantes vanitates ſuperuacue. Et præcipue comminatio Ieſu dicentis:

Eccl. 1

Augu. in ſer. de ſanctis 35

Eccl. 2

Prou. 14.

Pſ 30.

Lucæ 6. tis: Væ vobis qui ridetis nunc, quia lugebitis. Item quia multum abſtrahit à familiaritate Dei vnumquenque, & obſtruit mentem à perceptione gratiarum Dei. Argumentum veræ maturitatis habet, qui nec verbis ocioſis, nec inceſſu diſſoluto, nec aliqua occaſione quenquam ad leuitatem prouocat, ſed ſemper in ſe & in alijs diſſolutionem ex corde deteſtatur, omnia loca vitat, in quibus diſſolui poteſt, fugitque omnes homines, vt maturitatem conſeruet, ſciens quod qui tetigerit picē, inquinabitur ab ea, & qui communicat ſe diſſolutis, diſſolutionem nō
Iob 29 effugiet. Talis fuit beatus Iob, qui tam maturus fuit quod etiam diſſoluti eius præſentiam fugerunt, ſicut ipſe dicit: Videbant me iuuenes & abſcondebantur. Et tantam habuit conſuetudinem maturitatis, quod ſi oppoſitum in eo viſum fuiſſet, nemo crediſſet. Vnde ipſe dicit: Si quando ridebam ad eos, non credebant mihi, & lux vultus mei

non

non cadebat in terram: Argumentū leuitatis habent, qui proni ſunt ad riſum, ad iocum, iocoſi in verbis, diſſoluti in moribus, diſſoluta loca frequentantes, cum diſſolutis ambulātes & habitantes, qui fugiunt maturos homines, grauiſque eſt eis maturitas ad videndum, credentes ex maturitate infirmitatem corporis ſibi euenire. Talis deſcribitur in Eccleſiaſtico: Lætare iuuenis in adoleſcentia tua, & in bonis ſit cor tuum in diebus iuuentutis tuæ. Ambula in via cordis tui, in intuitu oculorū tuorum, & ſcito quod pro omnibus his adducet te Deus in iudicium. *Eccl. 11.*

De Simplicitate. Cap. XXX.

SImplicitas vera & perfecta eſt, neminem lædere, ſed omnibus proficere, ſicut dicit Gloſa ſuper parabolas. Hæc eſt prima virtus de qua commendatur Iob: Et erat Iob vir ſimplex quaſi præcellens in ea præ cæteris virtutibus. Hanc præ- *Iob 1.*

ceperat Dominus Ieſus, cum mitte ret Apoſtolos in vniuerſum mundũ ad vnitatem catholicæ fidei incre-
Matt. dulos conuocare, dicens:Eſtote pru
10. dentes ſicut ſerpentes, & ſimplices ſicut columbæ, vbi prudentia ſimpli citati coniungitur. Nam prudentia ſine ſimplicitate calliditas eſt. Simplicitas ſine prudentia, ſtultitia eſt. Columba nec vngue nec roſtro lædit, ita vere ſimplex nec verbo, nec opere nocet. Vere ille ſimplicitatẽ diligit, qui nõ occupatur, ſicut Martha circa multa, nam ibi plicæ ſunt & plura, ſed tantum vnum quærit,
Luce de quo dicit Dominus: Porrò vnum
10. eſt neceſſariũ, de quo laudatur Maria, quæ optimam partem elegit, & quæ non auferetur ab ea. Hoc eſt vnum bonum in quo ſunt omnia bona æterna & immenſa. Ad amorem ſimplicitatis inducere nos debet v-
Prou tilitas ex ea proueniens, Scriptum
3. eſt enim, quod cum ſimplicibus eſt ſermocinatio eius, id eſt, Domini. Familiaris eſt Dominus ſimplicibus,

bus, quibus non dedignatur arcana ſua reuelare. Vnde Dominus Apoſtolis prohibentibus pueros venire ad præſentiam eius, reſpondit: Sinite paruulos venire ad me: taliũ eſt enim regnum cælorum. Hæc eſt virtus ſine qua nõ eſt ſalus. Dicit enim Dominus: Niſi efficiamini ſicut paruuli, non intrabitis in regnum cælorũ. Non dicit; efficiamini paruuli, id eſt, ſimplices & innocentes. Alia eſt vtilitas ſimplicitatis, de qua dicitur: Qui ambulat ſimpliciter, ambulat confidenter. Nam ad regnum cælorum via ſecuriſſima, eſt via ſimplicitatis. Nam ſcriptum eſt in Prouerbijs, quod ipſe Deus protegit ambulantes ſimpliciter. Argumentum veræ ſimplicitatis habet, qui nullius facta peruertit, ſed bonum de omnibus præſumit, qui nullius bonum deprauat, nullius bonum diminuit, omnium ſalutem deſiderat, nullius malum optat, & qui bona facit & bene, & qui bona ſentit de Domino, & in ſimplicitate

Matth. 19. *Prou. 10.* *Prou. 28.*

cordis

cordis quærit illum, qui voluntati
eius ſe ſubijcit, & mandata eius cu
ſtodit. Argumentum duplicitatis
habet, qui vnum gerit in ore, a-
liud in opere, ſicut Ioab tenens
mentum Amaſæ, dixit: Sal-
ue frater, & interim occulte educẽs
Matt. gladium occidit eum. Contra hos
5. dicit Dominus: Sit ſermo veſter,
eſt eſt, non non, id eſt, quæ habetis
in corde proferte ore, & exhibete
Iacob. opere. Et Iacobus: Vir duplex ani-
1. mo inconſtans eſt in omnibus vijs
ſuis. Et duplicibus Deus maledicit,
qui ſcilicet ſeruire volunt Deo &
diabolo, hoc eſt in peccatis & bonis
operibus ſeſe exercere. Contra hos
Matt. namque dicit Dominus: Non pote-
6. ſtis duobus dominis ſeruire, contra
rijs ſcilicet. Nam virtus & vitiũ, bo
num & malũ, penitus aduerſantur.
Contra hos vero, qui intẽdunt Deo
Iacob. placere & mũdo, dicit Iacobus: Qui
4. voluerit eſſe amicus huius ſeculi,
inimicus Dei conſtituitur. Argumẽ
tum falſæ ſimplicitatis habet, qui

ſimpli-

ſimplicem ſe exhibet in exteriori cõuerſatione,& dolum geſtat in corde. De his dicit Dominus in Hieremia: Vnuſquiſque à proximo ſuo ſe cuſtodiat, & in omni fratre ſuo non habeat fiduciam, quia omnis frater ſupplantans ſupplantabit, & omnis amicus fraudulenter incedet. *Ierem. 9.*

De Taciturnitate. Cap. XXXI.

TAciturnitas vera & perfecta eſt, moderari linguam, non ſolũ à verbis illicitis, vt ſunt detrectationes, mendacia, periuria, impudica, leuia, iracunda, nociua, maledica, ocioſa,& ſimilia: ſed etiã ab vtilibus & licitis, iuxta illud: Obmutui & humiliatus ſum,& ſilui à bonis ſcilicet annuntiandis. *Pſ. 38.* Dicit Gloſa: Ille ſolus nõ cadit ad illicita, qui ſe caute reſtringit ab licitis. *Gloſa.* Non ſolũ autem per verba inutilia & nociua, ſed etiam per verba vtilia gratia ſpiritualis effunditur, cum in loquendo modus

modus non ſeruatur. Rara eſt hæc
virtus moderatio linguæ teſte Iaco
Iacob. 3. bo: Omnis natura beſtiarum, volu-
crũ,& ſerpentũ,domari poteſt à na-
tura humana,linguã vero nemo do-
mare poteſt. Eſt enim inquietum
malum,plenum veneno mortiferò.
Gloſa, Lingua prauorum, beſtiarũ
ferò citate, volucrum leuitate, ſer-
Pſ. 63. pentum virulentia peior eſt. Sunt
enim beſtiales, qui exacuerunt vt
Pſ. 14. gladium linguas ſuas. Sunt volu-
cres,qui poſuerunt in cęlum os ſuũ,
& quorum os locutum eſt vanita-
tem. Sunt ſerpentes,de quibus dici-
Pſ. 13. tur: Venenum aſpidum ſub labijs
eorũ. Ad amorem taciturnitatis
inducere nos debet ſuauiſſimum
Ioã. 19 exemplum Domini noſtri Ieſu Chri
ſti,qui taciturnitatem commendãs,
de impoſitione criminum interro-
gatus: etiam ſe noluit excuſare; nec
per reſponſionem mortem ſuam vo
Heremita exemplum. luit differre. Ad idem inducere nos
debet exẽplum cuiuſdam Heremi-
tæ, de quo legitur, quod tribus an-
nis

nis lapidem in ore geſtabat, vt diſceret ſilentiũ ſeruare. Citius enim addiſceret aliquis loqui quàm tacere, iuxta illud Sapientis: Qui ſcit loqui, diſcat & tacere. Ad idem inducere nos debet vtilitas ex ea proueniens. Nam ſilentium cor diſtractum componit, conſcientiæ ſerenitatem inducit, & ad recipiendam gratiam diuinam habilem mentem facit. Vbi autem non eſt taciturnitas, ibi homo de facili ab aduerſario ſuperatur, iuxta illud: Sicut vrbs patens & abſque murorum ambitu, ſic vir qui non poteſt in loquendo cohibere ſpiritum ſuum. Vbi enim non eſt moderatio linguæ, ibi non eſt perfectio, iuxta illud: Qui non offẽdit in verbo, hic perfectus eſt vir, & non alius. Dicit Gloſa: vbi eſt cuſtodia linguæ, ibi eſt beatitudo, ſecundum illud: Beatus homo qui non eſt lapſus in verbo. Qui enim cuſtodit os ſuũ, cuſtodit & animam ſuã. Argumentum veræ taciturnitatis habet, qui cum libere & licite & ſine

Prouer. 25.

Iac. 3.

Eccl. 24.

Prouer. 21.

ne obſeruatione loqui poteſt, & cuius verba recipiuntur cum magno deſiderio, & tamen nullo modo aut. rarò inducitur ad loquendum. Recogitans illud Gregorij: Si ſanctus Propheta Ezechiel miſſus ad loquẽdum fuerat, & ſeptem diebus ſedens, mœrenſque tacebat, penſandum nobis eſt, quãta culpa ſit ei nõ tacere, quẽ nulla neceſsitas cogit loqui. Et illud verbum euangelicũ: De omni verbo ocioſo quod locuti fuerint homines, reddent rationem in die iudicij. Argumentum falſæ taciturnitatis ſiue loquacitatis eſt, proterue loqui & clamoroſe, tempore importuno, vel tempore opportuno, vt aliquis inter alios videatur, cum tamẽ ſermo opportunus ſit optimus: Contra hoc eſt illud: Sapiens tacebit vſque ad tempus; ſtultus autem & inſipiens non ſeruabit tempus. Vel loqui, vbi nemo audire cũrat vel auſcultat: contra illud eſt, Vbi non eſt auditus, non effundas ſermonem. Vel cum reſpõdeat quis antequam inter-

Greg. Ezec. 3. ho. 11 ſuper Ezech. *Matt. 12.* *Eccle. 20.* *Eccle. 31.*

interrogatur. contra hoc eſt illud: Qui reſpondet antequam audiatur, ſtultum ſe eſſe demõſtrat, & confuſione dignum. Vel cum reſpondet pro altero non interrogatus: contra illud eſt, Adoleſcens in cauſa tua vix loquere. Argumentum falſæ taciturnitatis eſt, tacere non propter virtutem, ſed ne ab audientibus confundatur, vel vt propter taciturnitatem laudetnr, vel cum neſciens loqui intelligibiliter vel vtiliter fari verecundatur, vel vt per ſilentium ſua ſtultitia pallietur, ſecundum illud: Stultus ſi tacuerit, ſapiens reputabitur.

Proue. 18.

Prou. 17.

De Solitudine. Cap. XXXII.

SOlitudo vera eſt, abſtrahere mẽtem à ſolicitudine & occupatione actionum exteriorum, ab omni delectatione creaturarum omnes affectiones, voluntates, intentiones vnanimiter in quantum poteſt, dirigere in Deum, vt fiat vnus ſpiritus

cum

cum eo. Ad hoc hortatur Eſaias, dicens: Ingredere in petram, id eſt, in diuinitatem Chriſti: abſcondere in foſſa humo, id eſt in vulnerib⁹ Chriſti. Qui in hac petra eſt, ſolus eſt: qui extra hanc eſt, in multitudine eſt. In hac ſolitudine mentis, tanta gratia & illuminatio mentis percipitur, vt percipiens ſit grauis alijs ad videndum. Sicut Moyſes ſolus manens in monte cum Deo quadraginta diebus ac noctibus, tãtum illuminatus fuerat, vt lux in vultu erumperet, & de claritate vultus quaſi radij ſolis procederent, quos filij Iſrael non potuerunt intueri, donec faciem ſuam velaret. Ad amorẽ ſolitudinis inducere nos debet ſanctiſsimum exemplum Domini noſtri Ieſu Chriſti, qui licet ex nullius conſortio vnquam impediri potuit à ſpirituali negotio, ſæpe tamen declinauit à turba, propter amorem ſolitudinis, & quandoque cum amplius non potuit, à chariſſimis Apoſtolis ſuis ad orandum ſeceſsit.

Exod. 34.

ceſsit.

ceſſit quantum iactus eſt lapidis, vt ſcribit Lucas, per hoc innuẽs, quod etiam viri ſancti in multitudine, familiariter Deo vacare non poſſunt, aut modicã, aut nullam gratiam inter homines conſequũtur. Hinc eſt, quod Zachæus Dominum Ieſum in turba videre non potuit, ſed poſtmodũ vidit ipſum, & ſaluatoris vocem audiuit, quando ſolus arborẽ aſcendit. Ad idẽ nos inducere debet vtilitas ſolitudinis, de qua Dominus de ſponſa dicit: Ducam eam ad ſolitudinem, & ibi loquar ad cor eius. O quàm felix eſt, qui vel ſemel audit Deum intus loquentem: Locutio Domini in corde, eſt de arduis gratijs ſecuritatem menti præſtare. Ad idem nos inducere debet, quod ſancti Heremitæ olim cucurrerunt & errauerunt in ſolitudine, in montibus & in ſpeluncis, & in cauernis terræ, vt Deo contiaue vacare poſſent, & quandoque in triginta vel quadraginta annis hominẽ non viderunt. Argumentum verę ſolitudi-

Luca 22. *Luca 19.* *Oſea 2.* *Heremitæ*

buchodonozor, & ſic de alijs Prophetis & Patriarchis, quibus alia ſecreta reuelauit, vt Ezechieli diuerſas viſiones. Vnde Amos: Non faciet Dominus verbum: niſi ſecretum ſuum reuelet ſeruis ſuis prophetis. Apoſtolis vero per vnigenitum ſuum omnem voluntatem ſuam & omnem perfectionem ſuam indicauit, ſicut ipſe dicit: Omnia quæ audiui à patre meo, nota feci vobis, vt & ipſi poſteris ſuis pacem reuelarent, quod & fideliter fecerunt. Nam, In omnem terrã exiuit ſonus eorũ, &c. Sed inter alios Apoſtolos beato Ioanni euangeliſtæ & beato Paulo occultiſſima reuelauit & indicauit. Inter alia indicauit eis octo beatitudines, dicens: Beati pauperes ſpiritu, &c. quæ magnam continent in ſe perfectionem, perfectãque indicant Dei voluntatem. Differunt autem contemplatio, meditatio, & cogitatio. Nam in cogitatione mentis eſt euagatio, in meditatione inueſtigatio, in contẽplatione

Ezec. 1. *Amos 3.* *Ioan. 15.* *Pſ. 18.* *Matt. 5.*

mentis

mētis admiratio. Cogitatio eſt ſine labore & ſine fructu, meditatio eſt cū labore & fructu. Cōtemplatio eſt ſine labore & cū fructu: ad contēplationē Dei inducere nos debent tres gradus, de quibus dicit. Greg. Ad viſionem Dei neceſſarij ſunt gradus animę. Primus eſt, vt ſe anima ad ſe colligat. Secundus, vt videat qualis eſt collecta. Tertius, vt ſuper ſemetipſam ſurgat, ac ſe contemplationi auctoris inuiſibilis intendendo ſubijciat. Sed ſe ad ſe nullatenus colligit, niſi prius didicerit terrenarū atque cæleſtium imaginum phantaſmata ab oculo mentis compeſcere, quicquid de viſu, quicquid de auditu, quicquid de odoratu, quicquid de tactu & guſtu corporeo cogitationi eius occurrerit, reſpuere atq; calcare, quatenus talē ſe quærat intus qualis ſine iſtis eſt. Nā hęc quādo cogitat, quaſi quaſdā vmbras corporū introrſus verſat. Abigenda ſunt ergo omnia manu diſcretionis ab oculis mētis, quatenus ſe anima talem

Greg. ho. 17. ſuper Ezec. fol. 297. c.

conſideret, qualis ſub Deo ſupraq; corpus creata eſt. Ad idem inducere nos debet ineffabilis ſuauitas, quæ ibi percipitur: admirabilis perfectio, quæ ibi addiſcitur: principiũ omnis beatitudinis, quod ibi reperitur. Fons enim omnis beatitudinis ſummus Deus ibi cognoſcitur: & quod vere cognoſcitur, hoc amatur: & quod vere amatur, hoc deſideratur, & pro eo obtinendo laboratur: & pro quo ſtudioſe laboratur, hoc tandem acquiritur; cumque acquiſitum fuerit, cum delectatione interminabili poſſidetur. De hac dicit Bernardus: Quæ enim anima ſemel à Domino didicit & accepit intrare ad ſeipſam, & in intimis ſuis Dei præſentiam ſuſpirare, & quærere faciem eius ſemper, (ſpiritus enim eſt Deus, & qui quærunt eum oportet eos in ſpiritu ambulare, & non in carne, vt ſecundum carnem viuant) talis, inquam, anima neſcio an vel ipſam gehennam ad tempus experiri horribilius pœnaliusve du-

Bern. ſer. 35. ſuper cant. in princ.

cat,quam poſt ſpiritualis ſtudij huius guſtatam ſemel ſuauitatem, exire denuo ad illecebras vel potius ad moleſtias carnis, ſenſuumque inexplebilem repetere curioſitatem,dicente Eccleſiaſt. Oculus non imple- *Eccleſ.*
tur viſu, nec auris auditu. Audi e- 1.
nim hominem expertum quæ loquitur,Bonus es, inquit, Domine ſperãtibus in te, animæ quærenti te. Ab hoc bono ſi quis auertere ſanctam illam animã conaretur, puto haud ſecus acciperet,quàm ſi ſe de Paradiſo, & ab ipſo introitu gloriæ conſpiceret deturbari. Audi adhuc & alium ſimilem huic: Tibi dixit cor *Pſ.* 28.
meũ (ait) exquiſiuit te facies mea, faciem tuam Domine requiram. Vnde & dicebat: Mihi autem adhærere Deo,bonum eſt. Et item loquens ad animam ſuam dicit: Conuertere *Pſ.* 72.
anima mea in requiem tuam, quia *Pſalm.*
Dominus benefecit tibi. Dico ergo 114.
vobis, nihil eſt quod in tantum formidet, quiſquis hoc beneficium ſemel accepit,quàm ne gratia dereli-

ctus neceſſe habeat denuo egredi ad carnis conſolationes, immo deſolationes, rurſumque carnaliũ ſen ſuum ſuſtinere tumultus. In hac cõtemplatione fuit Auguſt. cum dixit: Mihi autem diſplicebat quod agebã in ſeculo, & oneri mihi erat valde, non iam inflammantibus cupiditatibus (vt ſolebant) ſpe honoris & pecuniæ. Iam enim me illa non delectabant præ dulcedine tua & decore domus tuæ, quam dilexi. Argumentum veræ contemplationis habet, quem in miſeria huius mundi
Tob.3. viuere tædet, cum beato Tobia dicente: Melius eſt mihi mori quàm
Iob 10. viuere. Et cum beato Iob: Tædet ani
Rom.7 mam meam vitæ meæ. Et cum beato Paulo: Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis hu-
Pſal. ius? Et qui ad fontes vitæ ſitit, di-
41. cens cum Pſalmiſta: Quemadmo-
Greg. dũ deſiderat ceruus ad fontes aqua-
ho. 14. rum. Vnde Gregorius: Contemplati
ſuper ua vita eſt, charitatem Dei & proxi
Ezec. mi tota mẽte retinere, ab exteriori
29. actio-

a ctione quieſcere, ſoli deſiderio cōditoris inhærere, vt nihil iam agere debeat, ſed calcatis curis omnibus, ad videndam ſui creatoris faciem, animus inardeſcat, ita vt iam nouerit carnis corruptibile pondus cum mœrore portare, totiſque deſiderijs appetere, illis hymnidicis angelorū choris intereſſe, admiſceri cæleſtibus ciuibus, de æterna in conſpectu Dei incorruptione gaudere. Argumentum falſæ contemplationis habet, qui aliquid de Deo vel aliqua perfectione eius cognoſcit, cui veritas ſacræ ſcripturæ contradicit, & hoc tamen per rationes temere defendit. Ex hoc olim hæreſes proceſſerunt, ſcilicet Arij, qui filium coæternum & conſubſtantialem Patri negauit. Et Sabellij, qui perſonas in trinitate confudit, ponens nominalem tantum differentiam, cum vere differāt proprietatibus. Pater enim proprie habet innaſcibilitatem: Filius proprie naſcibilitatem: Spiritus ſanctus proceſſionem.

De Diſcretione. Cap. XXXIV.

DIſcretio vera eſt,prudenter iudicare inter creatorem & creaturam,quid ſit creator, & quid creatura.Item dijudicare quid ſit bonũ, quid melius, quid optimum : quid malum,quid peius, quid peſſimum: quantum bonum ſit appetendum : quantum malum deteſtandum. Itẽ quantam reuerẽtiam debeat homo ſuperiori, quantam clementiam inferiori & compaſſionem,qualem ſocietatem æquali,qualiter debeat ſe habere ad mortuos, qualiter ad viuos, qualiter ad prædeceſſores,qualiter ad ſucceſſores,qualiter ad amicos vt diligantur in Deo, qualiter ad inimicos vt diligantur propter Deum, qualiter coram Deo occulte,qualiter coram hominibus manifeſte, quæ refectio carni, quæ ſpiritui impendenda ſit, quibus veſtibus induendum, quando comedendum, quando bibendum,quando abſtinẽdum:

dum:& quantum, & à quibus cibis, quando vigilãdum, quando dormiẽdum, & quantum,& quamdiu:quando orandum,quando flendum,quando aliquod opus faciendum,quomodo ſe habendum ad laudem,quomodo ad reprehenſionem, quando loquendum,quando tacendum,quantum & de quibus cauſis, cũ quibus, quo loco, quo tempore, quando accipiendum, quando retinendum, quando largiendum, & quantum,& quibus, & quo tempore. De omnibus his ordinate & prudenter dijudicare, eſt vera diſcretio. Hæc virtus eſt magiſtra omnium virtutum, ſtatuens omnibus modum & ordinem. Vbi autem diſcretio non eſt, ibi charitas non ſeruat ordinem, quid primo,quid poſtremo diligendum eſt, nec modum quid minus, quid amplius diligendum ſit nouit. Neque ibi ordo non ſeruatur teſte Aug.dicente: Vbi nimium ſeruatur humilitas,regentis frangitur auctoritas. Ibi obedientia eſt cæca & ſtul-

cum eo. Ad hoc hortatur Eſaias, dicens: Ingredere in petram, id eſt, in diuinitatem Chriſti: abſcondere in foſſa humo, id eſt in vulnerib⁹ Chriſti. Qui in hac petra eſt, ſolus eſt: qui extra hanc eſt, in multitudine eſt. In hac ſolitudine mentis, tanta gratia & illuminatio mentis percipitur, vt percipiens ſit grauis alijs ad videndum. Sicut Moyſes ſolus manens in monte cum Deo quadraginta diebus ac noctibus, tãtum illuminatus fuerat, vt lux in vultu erumperet, & de claritate vultus quaſi radij ſolis procederent, quos filij Iſrael non potuerunt intueri, donec faciem ſuam velaret. Ad amorẽ ſolitudinis inducere nos debet ſanctiſsimum exemplum Domini noſtri Ieſu Chriſti, qui licet ex nullius conſortio vnquam impediri potuit à ſpirituali negotio, ſæpe tamen declinauit à turba, propter amorem ſolitudinis, & quandoque cum amplius non potuit, à chariſſimis Apoſtolis ſuis ad orandum ſeceſsit.

Exod. 34.

ceſsit

ceſſit quantum iactus eſt lapidis, vt ſcribit Lucas, per hoc innuẽs, quod etiam viri ſancti in multitudine, familiariter Deo vacare non poſſunt, aut modicã, aut nullam gratiam inter homines conſequũtur. Hinc eſt, quod Zachæus Dominum Ieſum in turba videre non potuit, ſed poſtmodũ vidit ipſum, & ſaluatoris vocem audiuit, quando ſolus arborẽ aſcendit. Ad idẽ nos inducere debet vtilitas ſolitudinis, de qua Dominus de ſponſa dicit: Ducam eam ad ſolitudinem, & ibi loquar ad cor eius. O quàm felix eſt, qui vel ſemel audit Deum intus loquentem: Locutio Domini in corde, eſt de arduis gratijs ſecuritatem menti præſtare. Ad idem nos inducere debet, quod ſancti Heremitæ olim cucurrerunt & errauerunt in ſolitudine, in montibus & in ſpeluncis, & in cauernis terræ, vt Deo contiaue vacare poſſent, & quandoque in triginta vel quadraginta annis hominẽ non viderunt. Argumentum verę ſolitudi-

Luca 22. *Luca 19.* *Oſea 2.* *Heremitæ*

nis habet, cui grauis pœna eſt eſſe cum hominibus,& ab eis ſe ſubtrahit quacunque occaſione poteſt, ſecundum illud Pſalm. Ecce elongaui fugiens,& manſi in ſolitudine. ſicut Mariæ Magdalenæ pœna fuit videre homines,poſtquam Ieſum amplius videre non potuit, immo videre angelos ſibi pœna fuit. Vnde angelis volentibus eam cõſolari de receſſu Domini de ſepulchro, ait: Quæro creatorem,& ideo graue mihi eſt videre omnem creaturam. Ideoque fugit in heremum propter amorem Domini noſtri Ieſu Chriſti,.triginta annis carens omni cibo & potu corporali, quam angeli leuabant in aera ſingulis horis ad orãdũ deputatis,in qua oratione ſumpſit corporis & animę nutrimentum. Argumentum falſæ ſolitudinis habet, qui licet ſolus ſit corporaliter coram Deo, anima tamen eius eſt in diuerſis mundi finibus, varijs negotijs occupata. Hæc duo, ſcilicet taciturnitas & ſolitudo, efficaciter

Pſ. 54.

Orig. hom. de Maria Magdal.

eleuant

eleuant ad contemplationem. Vnde eſt illud Threnorum: Sedebit ſolitarius & tacebit, quia leuabit ſe ſuper ſe. *Thrẽ. 3.*

De Contemplatione. *Cap.* XXXIII.

CONtẽplatio vera, eſt collectio affectionum & omnium viriũ animæ ad cognoſcendum cum delectatione & admiratione mentis aliquid de diuina natura, ſcilicet potẽtia, ſapientia, bonitate, charitate, nobilitate aut largitate, &c. Siue occulta Dei iudicia, ſiue ſacratiſſimã eius voluntatem, ſiue aliquam perfectionem quæ tendit in Deum. In hac contemplatione fuerunt Patriarchæ, Prophetæ, & Apoſtoli ſancti. Nam Patriarchis & Prophetis aliqua occulta ſua per Spiritum ſanctum reuelauit, vt Noe de diluuio, Abrahæ de ſubuerſione Zodomorũ, Ioſeph de fame Aegypti, Hieremiæ de tranſmigratione & captiuitate Iudæorum, Danieli de ſtatua Na- *Gen 7. Gen. 18. Gen. 47. Hiere. Dan. 4.*

buchodonozor, & ſic de alijs Prophetis & Patriarchis, quibus alia ſecreta reuelauit, vt Ezechieli diuerſas viſiones. Vnde Amos: Non faciet Dominus verbum: niſi ſecretum ſuum reuelet ſeruis ſuis prophetis. Apoſtolis vero per vnigenitum ſuum omnem voluntatem ſuam & omnem perfectionem ſuam indicauit, ſicut ipſe dicit: Omnia quæ audiui à patre meo, nota feci vobis, vt & ipſi poſteris ſuis pacem reuelarent, quod & fideliter fecerunt. Nam, In omnem terrã exiuit ſonus eorũ, &c. Sed inter alios Apoſtolos beato Ioanni euangeliſtæ & beato Paulo occultiſſima reuelauit & indicauit. Inter alia indicauit eis octo beatitudines, dicens: Beati pauperes ſpiritu, &c. quæ magnam continent in ſe perfectionem, perfectãque indicant Dei voluntatem. Differunt autem contemplatio, meditatio, & cogitatio. Nam in cogitatione mentis eſt euagatio, in meditatione inueſtigatio, in contẽplatione

Ezec. 1. *Amos 3.* *Ioan. 15.* *Pſ. 18.* *Matt. 5.*

mentis

mẽtis admiratio. Cogitatio eſt ſine labore & ſine fructu, meditatio eſt cũ labore & fructu. Cõtemplatio eſt ſine labore & cũ fructu: ad contẽplationẽ Dei inducere nos debent tres gradus, de quibus dicit. Greg. Ad viſionem Dei neceſſarij ſunt gradus animę. Primus eſt, vt ſe anima ad ſe colligat. Secundus, vt videat qualis eſt collecta. Tertius, vt ſuper ſemetipſam ſurgat, ac ſe contemplationi auctoris inuiſibilis intendendo ſubijciat. Sed ſe ad ſe nullatenus colligit, niſi prius didicerit terrenarũ atque cæleſtium imaginum phantaſmata ab oculo mentis compeſcere, quicquid de viſu, quicquid de auditu, quicquid de odoratu, quicquid de tactu & guſtu corporeo cogitationi eius occurrerit, reſpuere atq; calcare, quatenus talẽ ſe quærat intus qualis ſine iſtis eſt. Nã hęc quãdo cogitat, quaſi quaſdã vmbras corporũ introrſus verſat. Abigenda ſunt ergo omnia manu diſcretionis ab oculis mẽtis, quatenus ſe anima talem

Greg. ho. 17. ſuper Ezec. fol. 297. c.

conſideret, qualis ſub Deo ſupraq; corpus creata eſt. Ad idem inducere nos debet ineffabilis ſuauitas, quæ ibi percipitur: admirabilis perfectio, quæ ibi addiſcitur: principiũ omnis beatitudinis, quod ibi reperitur. Fons enim omnis beatitudinis ſummus Deus ibi cognoſcitur: & quod vere cognoſcitur, hoc amatur: & quod vere amatur, hoc deſideratur, & pro eo obtinendo laboratur: & pro quo ſtudioſe laboratur, hoc tandem acquiritur; cumque acquiſitum fuerit, cum delectatione interminabili poſſidetur. De hac dicit Bernardus: Quæ enim anima ſemel à Domino didicit & accepit intrare ad ſeipſam, & in intimis ſuis Dei præſentiam ſuſpirare, & quærere faciem eius ſemper, (ſpiritus enim eſt Deus, & qui quærunt eum oportet eos in ſpiritu ambulare, & non in carne, vt ſecundum carnem viuant) talis, inquam, anima neſcio an vel ipſam gehennam ad tempus experiri horribilius pœnaliusve du-

Bern. ſer. 35. ſuper cant. in princ.

cat,

cat,quam poſt ſpiritualis ſtudij huius guſtatam ſemel ſuauitatem, exire denuo ad illecebras vel potius ad moleſtias carnis, ſenſuumque inexplebilem repetere curioſitatem,dicente Eccleſiaſt. Oculus non implc etur viſu, nec auris auditu. Audi enim hominem expertum quæ loquitur,Bonus es, inquit, Domine ſperātibus in te, animæ quærenti te. Ab hoc bono ſi quis auertere ſanctam illam animā conaretur, puto haud ſecus acciperet,quàm ſi ſe de Paradiſo, & ab ipſo introitu gloriæ conſpiceret deturbari. Audi adhuc & alium ſimilem huic: Tibi dixit cor meū (ait) exquiſiuit te facies mea, faciem tuam Domine requiram. Vnde & dicebat: Mihi autem adhærere Deo,bonum eſt. Et item loquens ad animam ſuam dicit: Conuertere anima mea in requiem tuam, quia Dominus benefecit tibi. Dico ergo vobis, nihil eſt quod in tantum formidet, quiſquis hoc beneficium ſemel accepit,quàm ne gratia dereli-

Eccleſ. 1.

Pſ. 28.

Pſ. 72.

Pſalm. 114.

ctus neceſſe habeat denuo egredi ad carnis conſolationes, immo deſolationes, rurſumque carnaliũ ſen ſuum ſuſtinere tumultus. In hac cõtemplatione fuit Auguſt. cum dixit: Mihi autem diſplicebat quod agebã in ſeculo, & oneri mihi erat valde, non iam inflammantibus cupiditatibus (vt ſolebant) ſpe honoris & pecuniæ. Iam enim me illa non delectabant præ dulcedine tua & decore domus tuæ, quam dilexi. Argumentum veræ contemplationis habet, quem in miſeria huius mundi
Tob.3. viuere tædet, cum beato Tobia dicente: Melius eſt mihi mori quàm
Iob 10. viuere. Et cum beato Iob: Tædet ani
Rom.7 mam meam vitæ meæ. Et cum beato Paulo: Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis hu-
Pſal. ius? Et qui ad fontes vitæ ſitit, di-
41. cens cum Pſalmiſta: Quemadmo-
Greg. dũ deſiderat ceruus ad fontes aqua-
ho. 14. rum. Vnde Gregorius: Contemplati
ſuper ua vita eſt, charitatem Dei & proxi
Ezec. mi tota mẽte retinere, ab exteriori
29. actio-

actione quieſcere, ſoli deſiderio cōditoris inhærere, vt nihil iam agere debeat, ſed calcatis curis omnibus, ad videndam ſui creatoris faciem, animus inardeſcat, ita vt iam nouerit carnis corruptibile pondus cum mœrore portare, totisque deſiderijs appetere, illis hymnidicis angelorū choris intereſſe, admiſceri cæleſtibus ciuibus, de æterna in conſpectu Dei incorruptione gaudere. Argumentum falſæ contemplationis habet, qui aliquid de Deo vel aliqua perfectione eius cognoſcit, cui veritas ſacræ ſcripturæ contradicit, & hoc tamen per rationes temere defendit. Ex hoc olim hæreſes proceſſerunt, ſcilicet Arij, qui filium coæternum & conſubſtantialem Patri negauit. Et Sabellij, qui perſonas in trinitate confudit, ponens nominalem tantum differentiam, cum vere differāt proprietatibus. Pater enim proprie habet innaſcibilitatem: Filius proprie naſcibilitatem: Spiritus ſanctus proceſſionem.

De

De Diſcretione. Cap. XXXIV.

DIſcretio vera eſt, prudenter iudicare inter creatorem & creaturam, quid ſit creator, & quid creatura. Item dijudicare quid ſit bonũ, quid melius, quid optimum: quid malum, quid peius, quid peſſimum: quantum bonum ſit appetendum: quantum malum deteſtandum. Itẽ quantam reuerẽtiam debeat homo ſuperiori, quantam clementiam inferiori & compaſſionem, qualem ſocietatem æquali, qualiter debeat ſe habere ad mortuos, qualiter ad viuos, qualiter ad prædeceſſores, qualiter ad ſucceſſores, qualiter ad amicos vt diliganrur in Deo, qualiter ad inimicos vt diligantur propter Deum, qualiter coram Deo occulte, qualiter coram hominibus manifeſte, quæ refectio carni, quæ ſpiritui impendenda ſit, quibus veſtibus induendum, quando comedendum, quando bibendum, quando abſtinẽ-

dum:& quantum, & à quibus cibis, quando vigilãdum, quando dormiẽdum, & quantum,& quamdiu:quando orandum,quando flendum,quando aliquod opus faciendum,quomodo ſe habendum ad laudem,quomodo ad reprehenſionem, quando loquendum,quando tacendum,quantum & de quibus cauſis, cũ quibus, quo loco, quo tempore, quando accipiendum, quando retinendum, quando largiendum, & quantum,& quibus, & quo tempore. De omnibus his ordinate & prudenter dijudicare, eſt vera diſcretio. Hæc virtus eſt magiſtra omnium virtutum, ſtatuens omnibus modum & ordinem. Vbi autem diſcretio non eſt, ibi charitas non ſeruat ordinem, quid primo,quid poſtremo diligendum eſt, nec modum quid minus, quid amplius diligendum ſit nouit. Neque ibi ordo non ſeruatur teſte Aug.dicente: Vbi nimium ſeruatur humilitas,regentis frangitur auctoritas. Ibi obedientia eſt cæca & ſtul-

ta, cum etiam in malis credit obediendum eſſe. Ibi etiam largitas nimium ſe effundit, cum hyſtrionibus ſine neceſſitate datur. Ibi timor in deſperationẽ deiicitur, ſpes in præſumptionem conuertitur. Ibi iuſtitia nimiã ſeueritatem demonſtrat, patientia, miſericordia, mãſuetudo, benignitas, bonitas iniuſta diſſimulat. Ibi religio diſſoluitur, veritas falſificatur, caſtitas violatur, maturitas leuis efficitur, cõſtantia permutatur. Hæc virtus ex defectu aliarũ virtutũ creſcit. Cum enim ſæpe homo cadit de humilitate in ſuperbiã vel vanam gloriam, de charitate in inuidiam, de patientia in irã, de mãſuetudine in rancorem, de feruore in teporem, de caſtitate in carnalẽ concupiſcentiam, de amore paupertatis in auaritiam, de pace in turbationem, de vnione in diſcordiam, de obedientia in rebellionẽ, de maturitate in leuitatẽ, de religione in diſſolutionẽ, de taciturnitate in loquacitatem vel detractionem, de ſpiri-

tuali

tuali amore in carnalem, de ſpe in præſumptionem, de iuſto timore in humanũ & ſeruilẽ, de iuſtitia in ſeueritatem, de miſericordia in mollitiem, de conſtãtia in mobilitatem, de veritate in falſitatem: tunc primum fit cautior ad cauendum & ſollicitior, & in omnibus diſcretior. Ad verã diſcretionem nos inducere debet & poteſt, aſſidua lectio & meditatio in ſcripturis, continua inueſtigatio de ſanctorũ exẽplis, frequẽs conſilium à viris diſcretis, iuxta illud: A ſapiente conſilium perquire. *Tob. 9.*
Vnde Dominus ad Paulũ: Ingredere, inquit, in ciuitatẽ, & ibi dicetur tibi quid te oporteat facere. Similiter miſit leproſos dicens: Ite, oſtẽdite vos, ſacerdotibus, non tantũ vni, ſed pluribus: vt ſi vnus minus diſcretus ſit, alter diſcretior perquiratur. Argumentum veræ diſcretionis habet, qui omnia facta ſua cum conſilio diſcretorum pertractat, quos ſi ſemper habere non poteſt, ſingula opera ſua & negotia in con-
Act. 9.
Luca 17.

ſcientia ſua, coram Deo cum vera diſcretione & matura deliberatione diſcutit, iuxta illud: Sine conſilio nihil facias, & poſt factum non pœnitebit. Nec tamen in hoc conſcientiæ ſuæ ſemper credat, niſi ſcripturæ manifeſtum teſtimonium habeat, nec ſcripturam ad ſenſum ſuum aliquatenus retorqueat, ſed ſenſum ſuum ſcripturæ conformet. Argumentum indiſcretionis habet, qui ieiunijs, vigilijs, orationibus, diſciplinis & lachrymis ſuper vires laborat, breui tempore ſe deſtruendo, vt pluribus annis in ſeruitio Dei inutilis fiat: ſed heu pauci ſunt homines huius temporis, qui in huiuſmodi excedant. Argumentum falſæ diſcretionis habet, qui volens cauere deſtructionem ſui corporis, nihil eorũ negligit quæ commoda ſunt corpori,
Pſal. dicens Domino: Fortitudinem meã
58. ad te cuſtodiam, & ſpiritus interim ſine ſpirituali cibo deficit, & tabeſcit, qui ſine labore nullatenus habeti

beri poteſt. Vnde Auguſt. Dum infirmitatem noſtræ carnis timemus, ſalutem animæ negligimus, quia caro ſi delicate nutritur, occidit ſpiritum. teſte eodem: Sicut tinea lanam deuorat, & ligna fœnum & ſtipulam ignis comburit: ita delicata caro animam concremat & conſumit. Talis non cogitat quod tandé caro deſtruetur, etiam ſi omni commodo frueretur, ſicut ſeculares omnem corpori voluptatem impendentes, non magis Deo ſeruiunt, ſed frequentins infirmantur. Melius eſt autem viuentem ſpiritum, gratia repletum eſſe in corpore languido, quam ſpiritum languidum vel mortuum eſſe in corpore ſano.

De Congratulatione. Cap.XXXV.

COngratulatio vera ad Deum eſt, congaudere Deo in omni beatitudine & perfectione ſibi innata æternaliter, videlicet de omni potentia, ſapientia, bonitate, &c. & quod

quod nullius indiget, ſed quod ſibi ſufficit & omnibus creaturis. Item congaudere Deo de ordinatione cæli & terræ,& omniũ quæ in eis ſunt, & de operibus ſuis vſque ad finẽ ſeculi,præcipue de operibus incarnationis eius,& circuncißionis,paßionis,reſurrectionis,aſcẽſionis,& ſpiritus ſancti mißionis,& de omuibus iudicijs manifeſtis & occultis circa dæmones, circa animas in inferno, in limbo, in purgatorio,& circa malos homines in mundo. Itẽ congaudere Deo quicquid laudis & reuerẽtiæ habet ab angelis & ſanctis in cęlo,& ab hominibus in terra. Itẽ vera congratulatio ad proximos eſt, congaudere ſingulis angelis,& ſanctis de gloria in cælo. Itẽ peccatoribus de conuerſione, iuſtis de confortatione & gratiarũ conſeruatione, eccleſiæ de ſacramentis & donis ſpiritus ſancti. Et congaudere omnibus ſanctis hominibus in eccleſia & in terra, ſcilicet beatæ Mariæ virgini, Patriarchis & Prophetis,

Apoſto-

Apoſtolis, & ſingulis electis de donis perceptis, & percipiendis ſingulis à Deo. Ad veram congratulationem inducere nos debet maxima vtilitas ex ea prouenięns. Nã quicquid Deus omnipotens perfectionis, bonitatis, & beatitudinis in ſe naturaliter habet, quicquid gloriæ angeli & ſancti in cælo, quicquid gratiæ & virtutis ecclesia, & fideles habent in ea, hoc totum proprium fit vnicuique per congratulationẽ. Ad idem nos inducere debet, quod congratulatio patris & filij & Spiritus ſancti, origo eſt omnium creaturarum: & fuit ſemper, & nunc eſt principium omnium operum diuinorum. Argumentum veræ congratulationis habet, qui per omnia delectatur in omnibus quæ in Deo ſunt, cui ordinatio eccleſiæ, & omnia opera Dei, & iudicia, & mores diuini, & ſanctiſſima exempla Domini noſtri Ieſu Chriſti, & omniũ amicorum ex corde placent, & omnia ea verbis commendat, & alijs

manifeſtat. Item, cui de ſingulis donis naturalibus, ſpiritualibus, gratuitis, angelorum & ſanctorum in cælo, & ſingulorum hominum in terra generatur gaudium ſpirituale, & ad hæc omnia ſemper & vbique cooperatur pro poſſe. Argumentum falſæ congratulationis habet, qui omnem ordinationem diuinam in cælo & in terra, & opera iuſtorũ, & virtutes, & ſanctam eorum vitam commendat in ore, ſed omnia in corde vituperat. Talibus improperat Dominus in Eſaia dicens: Populus hic labiis me honorat, cor autem eorum longe eſt à me. Tales de corpore eccleſiæ præciſi ſunt, qui bona corporis non participant.

Eſa. 29. Matt. 15.

De Confidentia Cap XXXVI.

CONfidẽtia vera & perfecta eſt, mentis ſecuritas, quod omnipotens & fidelis Deus nunquam amicos ſuos derelinquit, iuxta illud Eccleſiaſtici: Quis ſperauit in Domino,

Eccl. 2

mino, & confuſus eſt? permanſit in mandatis eius, & derelictus eſt? Ille verã confidẽtiam habet, qui certus eſt quod ſuperbonus Deus ſuis ſemper præſens eſt, in tribulationibus, & ſemper paratus eſt, vt eos à tentationibus liberet, & liberatos glorificet, iuxta illud Pſal. Cum ipſo ſum in tribulatione, eripiã eum; & glorificabo eum. Et ſic fuit cum Daniele in lacu leonum. Et cum Noe in arca. Et cum Ioſeph in ciſterna. Et cum tribus pueris in camino ignis, & hos omnes benigniſſime liberauit. Vnde beatus Petrus: Nouit Dominus pios eripere de tentationibus. Et in Tobia dicit Sara, hoc pro certo habet omnis qui colit te, quia vita eius ſi in probatione fuerit, coronabitur: ſi autẽ in tribulatione fuerit, liberabitur: & ſi in correptione fuerit, ad miſericordiã tuã venire licebit. Non enim delectaris in perditionibus noſtris, quia poſt tempeſtatem tranquillum facis, & poſt lachrymationem & fletum exultationem

Pſal. 90.
Dan. 14.
Gen. 7.
Gen. 37.
Dan. 3
2. Pet. 2.
Tob. 3.

infundis. Ille veram habet confidentiam, qui omnes preces ſuas, & omnia deſideria ſua iuſta, non dubitat
Chryſ. exaudiri. Nam Chryſoſt. dicit. Si
homil. cum hoc ſtudio mentis acceſſeris, &
24. in dixeris, niſi accepero non recedam,
Matt. prorſus accipies, ſi modo talia po-
cap. 7. ſtulaueris, quæ & illum, qui petitur, dare deceat, & accipere tibi, qui precaris, expediat. Hæc virtus valde laudabilis eſt, & magni meriti corã
Heb. Deo, de quo hortatur Apoſtolus di-
10. cens: Nolite amittere confidentiã veſtram quæ magnam habet remunerationem. Ad veram confidentiã inducere nos debet, quod largiſſimus Deus abſque deſiderio noſtro ſæpe maiora nobis dat ex ſua mera & incõprehenſibili bonitate, quàm
Gen. 1. auderemus deſiderare. Creauit enim nos pater ad imaginem Trinitatis, & ſanctiſſimus filius eius de-
Matt. dit nobis carnem ſuam in cibum, &
26. ſanguinem in potum, & animã ſuã in pretium redẽptionis. Quis enim vnquam vel ſemel auderet de hu-
iuſmodi.

iuſmodi cogitare? Ad idem nos inducere debet diſpoſitio Chriſti in cruce. De hac enim dicit Bernardus: Quis enim non raperetur ad ſpem,& ad impetrandi fiduciam, ſi attenderet in cruce Chriſti corporis diſpoſitionem. Vide caput inclinatum ad oſculandum, brachia extenſa ad amplexandum, manus perforatas ad largiendum, latus apertum ad diligendum, totius corporis extenſionem ad ſe totum impendēdum. Argumentum veræ confidentiæ habet, qui de peccatis mortalibus in conſcientia non mordetur, teſte Ioanne: Si cor noſtrum non reprehenderit nos, fiduciam habemus ad Deum, & quicquid petierimus, accipiemus ab eo. Vnde legitur de Suſanna: Erat cor eius fiduciam habens in Domino, quia innocentem ſe cognouit de crimine obiecto. Aliud argumentum veræ confidentiæ habet, qui in bonis operibus cōtinue ſe exercet, & præcipue in ſpirituali eleemoſyna, quæ eſt remitte 1. *Io.* 3.

re iniurias, & ſupererogare oratio-
Tob.6. nes, de qua dicitur in Tobia, Elee-
moſyna ab omni peccato, & à mor-
te liberat, & nō patietur animas ire
in tenebras. Fiducia enim magna
erit corā ſummo Deo eleemoſyna
omnibus facientibus eā. Aliud argu
mentū verę confidentiæ habet de re
miſſione peccatorū qui in iuuentute
& ſanitate ſua ad veram pœnitentiā
Augu. pro peccatis ſe exhibet, teſte Augu.
ho.41. Si quis poſitus in vltima neceſſitate
quin- ægritudinis ſuæ voluerit accipere
quagin pœnitentiam & accipit, & mox re-
ta ho- conciliabitur: & hinc vadit, fateor
milia- vobis, non illi negamus quod petit,
rum. ſed nō præſumimus quia bene hinc
exit: fidelis bene viuens, ſecurus
hinc exit. Agens pœnitentiam & re
conciliatus cum ſanus eſt, & poſtea
bene viuens, ſecurus hinc exit. Agēs
pœnitentiam ad vltimum, & recon-
ciliatus ſi ſecurus hinc exit, ego
non ſum ſecurus. Nunquid dico,
damnabitur? non dico: Sed dico e-
tiam liberabitur, nō vis te de dubio
libera-

liberare, vis quod incertum eſt euadere? Age pœnitentiam dum ſanus es: ſi enim agis veram pœnitentiam dum ſanus es, & inuenerit te nouiſſimus dies, curre vt reconcilieris: ſi ſic agis, ſecurus es. Quare ſecurus? quia egiſti pœnitētiam eo tempore quo & peccare potuiſti. Si autē vis agere pœnitentiam tunc quādo peccare non potes, peccata te dimiſerunt, non tu illa; ergo tene certū & dimitte incertum. Qui verā volunt obtinere pœnitētiam, oportet quod conuertant vires ſuas ad opera ſpiritualia, iuxta illud Eſaiæ: Qui confidunt in Domino, mutabunt fortitudinem, aſſument pennas vt aquilæ, &c. Vt qui ante fuerunt fortes ad labores corporales, poſtea ſint fortes ad labores ſpirituales. Argumentū diffidentiæ habet, qui vilipendens gratiam redemptionis in peccatis ſcienter iacet. Vnde in euangelio: Scimus quia Deus peccatores non exaudit, ſed ſi quis Dei cultor eſt, hunc exaudit. Et in Pſalmo: Iniqui- *Eſa. 40.* *Ioā. 9.* *Pſal. 65.*

tatem ſi aſpexi in corde meo, non
Eſa.59 exaudiet Dominus. Et Eſaias: Iniquitates veſtræ diuiſerunt inter vos & Deum veſtrum, & abſconderunt faciem Dei à vobis. Argumentum falſæ confidentiæ habet, qui putat iuſtiſſimum Deum intantum vinci miſericordia & pietate, vt tam bonos, quam malos ſaluet in die iudicij, eo quod pro omnibus mortuus
Matt. 25. eſt. Contra hoc dicit Dominus: Ibũt hi in ſupplicium æternum, iuſti autem in vitam æternam. Argumentũ falſæ confidentiæ habet, qui putat peccatorem primam gratiam promereri poſſe, quando ſibi placet, quam ſolus Deus dat ſine meritis, cui & quando ſibi placet. Item ſi quis credit quòd qui hic abundat in temporalibus bonis, quòd poſt etiam in futuro abundet in gaudio ſempiterno. Contra hoc dicitur in
Pſal. 51. Pſal. Videbunt iuſti, ſcilicet diuitẽ in inferno, & ſuper eum ridebunt, & dicent: Ecce homo qui non poſuit Deum adiutorem ſuum, ſed ſperauit

uit in multitudine diuitiarum ſuarum, & præualuit in vanitate ſua.

De Contemptu mundi. Cap. XXXVII.

VErus contemptus mūdi eſt, abrenuntiare mundi rebus temporalibus, pompis ſeculi, dignitatibus & prælaturis ſpiritualibus, & ſecularibus, & abſtrahere ſe à cunctis amicis carnalibus, & moribus ſecularibus, propter ſpem beatitudinis æternæ. Ad hoc monet nos beatus Ioan. in canonica ſua dicens: Nolite diligere mundum, neque ea quæ in mundo ſunt. Hunc contemptum habuit beatus Auguſt. cui diſplicebat quicquid agebatur à ſeculo. Cumque colloquebatur cum matre ſua valde dulciter, diſplicebat, & vileſcebat ei mundus inter verba cum delectabilibus ſuis. Similiter beata Agnes, Catherina, Cecilia, & aliæ virgines regnum mundi & omnem ornatum ſeculi contempſerunt propter amorem Domini noſtri Ieſu Chriſti.

1. Ioã. 2. *Augu. lib. 9. Conf. ca. 10.*

Chriſti. Ad contemptum & odium mundi inducere nos debet, quod tã-tam infidelitatẽ exhibet in fine dilectoribus ſuis. Nam & hoc factũ eſt creatori à mundanis quẽ in die pal marum glorioſe ſuſceperunt, exeun
Matt. 21. tes obuiam ei, & cantantes: Benedictus qui venit in nomine Domini rex Iſrael, ſed poſtmodum in ſexta feria proceſſerunt clamantes coram
Ioan. 18. Pilato: Crucifige, Crucifige eum: niſi enim hic eſſet malefactor, non tibi tradidiſſemus eum. Et cum penderet in cruce, deridebant eum, di-
Matt. 27. centes: Si filius Dei es, ſalua temetipſum, & quem cũ palmis, floribus, & frondibus ſuſceperunt virẽtibus, ſpinis coronauerunt, virgis & flagellis ceciderunt. Et cui veſtimenta in via ſtrauerunt, ante crucem omnibus veſtibus nudauerunt & ſpoliauerunt, & gloriam exhibitam in contumeliam mutauerunt. Ad eiuſdem contemptum & odium nos debet inducere periculũ ex amore mũ
Iacob. 4. di proueniens. Nam teſte Iacobo,

Amici-

Amicitia huius mundi inimica eſt Deo, & qui voluerit eſſe amicus huius ſeculi, inimicus Dei conſtituitur, & quia mundus odiuit Dominũ Ieſum & omnes amicos eius, ſicut ipſe dixit Apoſtolis ad conſolatio- *Ioan.*
nem: Si mundus vos odit, ſcitote 15.
quia me priorem vobis odio habuit. Argumentum veri contemptus habet, qui non curat generis nobilitatem, nec quærit carnis voluptatem, nec diuitias appetit, nec culmen honoris. Talis fuit Moyſes, de quo *Heb.*
Apoſtolus: Fide Moyſes grandis fa- 12.
ctus, negauit ſe eſſe filium filiæ Pharaonis, contra nobilitatem: eligens magis cum populo Dei affligi, quàm peccati temporalis habere iocunditatem, contra voluptatem: maioris æſtimans diuitiis & theſauro Aegyptiorum improperiũ Chriſti, contra diuitias: aſpiciebat enim in remuneratorem. Aliud argumentum veri contemptus mundi habet, qui nec ſeculi blanditijs mulcetur, nec minis terretur, nec vituperio,

tuperio, nec laude humana mouetur, nec odio, nec fauore hominum ad amorem mundi inclinatur. In ho: contemptu fuit Apoſtolus, quãdo dixit: Omnia arbitratus ſum vt ſtercora, vt Chriſtum lucrifacerem. Argumentum falſi contemptus mũdi habet, qui ab amore ſeculi & illecebris mundi, tunc primo ſe abſtinet, quando ſe præ ſenectute & paupertate in ipſis exercere non valet: tunc enim non relinquit mundum, ſed à mundo relinquitur, ſicut heu quam plurimi ſunt, qui primo peccare deſiſtunt, quando amplius peccare non poſſunt.

Phil. 3.

De Maceratione. Cap. *XXXVIII.*

MAceratio carnis vera eſt, cum quis ſponte caſtigat corpus ſuum ieiunijs, vigilijs, orationibus, cilicijs, & diſciplinis, abſtinentia cibi & potus delectabilis, vt in omnibus caro ſpiritui ſubiaceat. Hoc fecit Apoſtolus, cum dixit: Caſtigo cor-

1. Cor. 9.

corpus meum, &c. Et Iudith, quæ pulchra & iuuenis erat vidua & diues, poſtquam manſerat cum viro ſuo tribus annis à virginitate ſua & ſex menſibus, habuit cilicium ſuper lumbos ſuos, & ieiunabat omnibus diebus præter dies ſolennes. Ad amorem macerationis carnis inducere nos debet, magna vtilitas ex ea proueniens: nam ex maceratione carnis, ſpiritus in negotijs ſpiritualibus roboratur, iuxta illud Apoſtoli: Cum enim infirmor (in carne) tunc fortior ſum (in ſpiritu.) & econtra, ex mollitie carnis vigor ſpiritus in ſpiritualibus hebetatur; iuxta illud Auguſt. Delicata caro animam concremat, & conſumit ſicut ignis ſtipulam. Argumentum veræ macerationis eſt, cum carni nulla voluptas, ſed ſola neceſſitas impenditur, iuxta illud Apoſtoli: Debitores ſumus non carni, vt ſecundum carnem viuamus. Nã voluptas multo plura & delicatiora exigit quàm neceſſitas requirit, ſed neceſſitas

Iudith 8.

2. Cor. 12.

Rom. 8

paucis,

Rom. 8. paucis & vilibus eſt contenta. Et ſubiungit Apoſtolus malum conſequens voluptatem, dicens: Si ſecundum carnem vixeritis, moriemini: ſed ſi ſpiritu facta carnis mortificaueritis, viuetis. Manifeſta autē ſunt opera carnis, ſcilicet fornicatio, idolorum ſeruitus, veneficia, immunditiæ, contentiones, rixæ, diſſenſiones, homicidia, ebrietates, comeſſationes, & ſimilia: quoniam qui talia agunt, regnum Dei non conſequentur. Aliud argumentum eſt; quando

Ioan. 12. aliquis ſecundum conſilium Ieſu Chriſti odit animam ſuam in hoc

Lucæ 24. mundo. Nā ipſe Dominus dicit: Qui non odit patrem ſuum & matrem ſuā, adhuc autem & animam ſuam, nō poteſt meus eſſe diſcipulus, quod

Greg. ho. 37. ſuper Euāg. Io. exponens Gregor. ait: Tunc etenim bene animā noſtram odimus, cum eius carnalibus deſiderijs nō acquieſcimus, cum eius appetitum frangimus, eius voluptatibus reluctamur: Qui autem animam ſuam à concupiſcentijs non refrenat, in laqueos diabo-

diaboli ſe præcipitat, ſecundum il-
lud Eccleſiaſtici: Si præſtas animæ *Eccleſ.*
tuæ concupiſcentias eius, faciet te 18.
in gaudium inimicis, ſicut Dalida *Iud.*
tradidit Samſonem fortiſſimũ Phi- 16.
liſthæis ad illudendum. Argumentũ
veræ macerationis non habet, qui
tantum ventrem & os ſuum coer-
cet à cibi & potus voluptate, & lin-
guam ſuam non compeſcit à verbis
illicitis, nec viſum, auditum, gu-
ſtum, odoratum & tactum refrenat
à delectabilibus, neque cor à cogi-
tationibus & affectionibus volu-
ptuoſis. Parum eſt enim os & ven-
trem reſtringere à cibis, vbi cor &
quinque ſenſus delicijs paſcuntur.
Vnde Chryſoſtomus: Qui à cibis ab *Chry-*
ſtinent & male agunt, dæmones imi *ſoſt.*
tantur, quibus non eſca, ſed nequi-
tia ſemper adeſt.

De Contritione. Cap. XXXIX.

CONtritio vera eſt dolor pro
peccatis voluntarie aſſumptus,

pro

pro quantitate & qualitate crimi-
num,cum propoſito confitendi & ſa-
tisfaciendi, prouenions ex gratia
gratuita. Dolor enim naturalis, vel
dolor ſine gratia nihil prodeſt aut
valet. Quantitatem doloris expri-
Ierem. mit, Hieremias,cum dicit: Luctum
6. vnigeniti fac tibi. Hãc præcepit Do
minus in Ioele,dicens: Scindite cor
Ioel. 2. da veſtra. Ad hanc ſciſſionem valẽt
ſpinæ,claui,virgæ, flagellæ, crux &
lancea,quæ ſcindebant corpus Ieſu
Chriſti Dei noſtri. Vera contritio
rara eſt teſte Greg. Sciendum quod
ſunt quidam, qui etiam ſeculum re
linquentes, totum quidem quod ha
bent offerunt,& tamẽ in bonis quæ
agunt non compunguntur. Nec ſem
per credendum eſt veram compun-
ctionem eſſe, vbi gemitus apparent
& lachrymæ. Nam ex timore infer-
ni vel ex conſideratione alicuius
damni, vel ex naturali dolore, vel
ex naturali compaſſione ſæpe ſolẽt
talia prouenire, cum recordatur ali
quis enormitatem ſcelerum ſuorũ,

vel

vel acerrimam paſſionem Ieſu Chri
ſti. Ad veram contritionem exigi-
tur dolor de omnibus peccatis cō-
miſſis, & de omnibus bonis omiſſis,
& de omnibus gratijs neglectis ſibi
& vniuerſitati, & etiam quæ occa-
ſione ſui committi, vel negligi po-
tuerunt. Ad veram contritionem in
ducere nos debet, ſi fideliter cogita
mus, quid per peccatum amiſimus,
ſcilicet Spiritum ſanctum cum om-
nibus donis ſuis, omnesque virtutes
gratuitas, amicitiam Trinitatis, ſo-
cietatemque cæleſtis curiæ. Item
quid acquiſiuimus per peccatum,
æternam ſcilicet mortem, maledi-
ctionem Dei patris, teſte Pſal. Ma- Pſal. 5
ledicti qui declinant à mandatis Pſal. 118.
tuis, Odiū Domini noſtri Ieſu Chri
ſti, qui odit omnes operantes iniqui
tatem: Elongationē Spiritus ſancti,
qui etiā aufert ſe à cogitationibus
quę ſunt ſine intellectu, ſicut dicitur
in libro Sapientiæ, multò magis ab
his operibus malis. Hæc enim pe-
iora ſunt & horribiliora quàm ipſa

pœna gehennæ, vt dicit Chryſoſtomus. Ad idem nos inducere debet vtilitas maxima ex ea proueniens. Nam minima contritio omnes animæ maculas delet, mortem æternã occidit benedictionem Dei patris confert, amicitiam filij Dei reddit, familiaritatem Spiritus ſancti, ſocietatemque ciuium ſupernorum reſtituit. Et quantumcunque ſit parua contritio, magis ſatisfacit quàm maxima eleemoſynarum largitio. Hæc omnia ſæpe ponderata in ſtatera cordis, inductiua ſunt veræ contritionis. Argumentum veræ contritionis habet, qui in tantum deteſtatur peccati immunditiam, quod omnem pœnam purgatorij libentius eligeret, quàm quòd contra benigniſſimum Deum vnquam peccatũ aliquod efficeret, & qui ad pœnã infer-
2. Ma. 6. nalẽ ſe potius exhiberet ſicut Eleazarus, quàm vnquam de cætero ex propoſito aliquod peccatum committeret, quod etiam eligendum eſſe dicit Auguſtinus. Et qui pœnam

omnium

omnium martyrum libētiſſime ſuſtineret, vt per hoc mereri poſſet, quod de cætero aliquod peccatum nunquam perpetraret. Et qui ad omnem afflictionem infirmorum & pauperum libenter ſe offerret, vt pro offenſa Deo digne ſatisfacere poſſit. Argumentum falſæ contritionis habet, qui quamuis peccata cōmiſſa vehementer defleat, tamen cōtinuo poſt dolorem eadem vel alia committere non formidat. Contra hoc dicitur in Eccleſiaſtico: Qui baptizatur à mortuo, & iterum tangit mortuum, quid prodeſt lotio eius? Similiter qui de peccatis præteritis dolet, & de cætero peccata dimittere non proponit, ſcilicet ſuperbiam, inuidiam, carnalem amicitiam, carnis delectationem, iniuſtā poſſeſſionem, de qua dicit Auguſtinus: Non dimittitur peccatum, niſi reſtituatur ablatum. Contra hoc dicitur in Eccleſiaſtico: Vnus deſtruens, & alter ædificans, quid prodeſt eis, niſi labor? Deſtruit qui de

Eccleſ. 34.

Augu. epiſt. 54. *ad Mace.*

Eccleſ. 34.

peccatis dolet, ædificat qui in volũtate peccandi manet. De tali ædificatione dicit Auguſt. Ex mala voluntate facta eſt libido, & dum ſeruitur libidini, facta eſt conſuetudo: & dum conſuetudini non reſiſtitur, facta eſt neceſſitas.

Augu. in cõf.

De Confeſſione. Cap. XL.

CONfeſsio vera eſt, ſincera peccatorum abſque velamine coram ſacerdote legitima manifeſtatio. Hanc præcepit Dominus, quando leproſis dixit: Ite oſtendite vos ſacerdotibus, &c. Et beatus Iacobus: Confitemini alterutrũ peccata veſtra. Ad verã confeſsionem exigitur, quod ſit integra, pura, diſcreta, fidelis & perfecta, iuxta illud Threnorum ſecundo: Effunde ſicut aquã cor tuum ante conſpectum Domini Dei tui. In effuſione notatur integritas.) Non enim ex propoſito dicenda ſunt guttatim peccata, de

Thrẽ. 2.

quibus

quibus nunquam facta eſt confeſſio, ſed quicquid poteſt ſimul cogitari, totum coram vno ſacerdote ſimul debet effundi. Sicut aquam) vbi notatur quòd ſimplex debet eſſe & pura, non ex timore ſeruili vel coactione facienda eſt confeſsio, ſed pure & ſimpliciter propter Deum. Cor tuum) vbi notatur diſcretio non enim confitenda ſunt ſolum verba & facta, commiſsiones & omiſsiones, ſed etiam cogitationes immundæ, & moroſæ affectiones, inordinatæ intentiones, mixtæ voluntates, peruerſa iudicia, & ſuſpiciones temerariæ. Nā dicit Origenes, quòd in illa die accuſabunt cogitationes animas, vel defendent, nō cogitationes quæ tunc erunt, ſed quæ nunc ſunt in nobis, quarum quædā notæ relinquētur in corde, velut in cera. Ante conſpectum Domini) vbi notatur fidelitas & perfectio. Secundum agnitionem quippe Dei omnia confitenda ſunt. Vbi enim nos vnum peccatum agnoſcimus,

ipſe in ſapientia cognoſcit mille.. Ad confeſſioné veram inducere nos debet certa remiſſio peccatorum, & mundatio animæ, iuxta illud Ioannis: Si confitemur peccata noſtra, fi-
1. *Io.* 1. delis eſt Deus, vt remittat peccata
2. noſtra, & emundet nos ab omni iniquitate. Et quia ad remiſſionem & propitiationem áſtringitur pater, & filius, & Spiritus ſanctus, ſecundum illud: Et ſi omnia nouit Deus; vocem tamen confeſſionis expectat. Habet enim cauſam, vt pro te interueniat Chriſtus, habet & cauſam ignoſcendi Pater: & quicquid vult Filius, vult & Pater & Spiritus ſanctus. Argumentum veræ confeſſionis habet, qui omnia peccata ſicut aquam effundit, non vt remaneat color, ſicut in effuſione lactis, nec pinguedo vel ſapor, vt in effuſione olei vel ſanguinis: nec odor, vt in effuſione vini vel aceti. Color remanet, quando dicitur peccatum: & reticetur occaſio: vel prouocatio ad peccatum, vt fit in gula; vel fornicatione. Pinguedo

vel

vel ſapor remanet, cum dicitur peccatum & reticetur quãtitas vel diuturnitas delectationis: in qua ratio penitus abſorbetur, iuxta illud: Intrauit ſicut aqua in interiora eius, & ſicut oleum in oſſibus eius. Odor manet, cum dicitur peccatum & tacetur infamia, vel malum exemplũ, & ſcandalum aliorum. Sed vere cõfitens manifeſtat ipſum peccatum, & antecedentia peccatum, & ſubſequentia. Argumentum veræ confeſſionis eſt, cum confitetur quis peccata ſua in numero, pondere, & mẽſura. In numero confitendum eſt, id eſt, vices peccatorum, quia vulnus ſæpius renouatum tardius ſanatur. Item in menſura, quando quis confitetur diuturnitatem peccati: qui enim diutius infirmatur, citius moritur. In pondere, id eſt, grauitate. Aggrauatur enim peccatum ex ſacro loco, vt eſt cimiterium, vel eccleſia: ex ſacro tempore, vel ex perſona, vt ſi eſt clericus qui læditur, ſi eſt monialis vel cõiugata, cum qua

Pſalm. 108.

peccatur. Argumentum falſæ confeſſionis eſt, cum propter hoc aliquis confitetur, ne infidelis dicatur, vel vt ſanctius reputetur, vel ne ſibi ſacra communio cum confuſione
1. Re. 15. denegetur Sic confitebatur Saul, ne à Propheta Samuele coram populo confunderetur.

De Pœnitentia. Cap. XLI.

POenitentia vera, exterior eſt abſtinentia à licitis: cum de illicitis venia poſtulatur, vt dicit ſcrip-
Ioã. 2. tura: Sic pœnitentes & clauſtrales à carnibus abſtinent, delicatas veſtes abijciunt, ieiunia ſeruant, vigilijs inſiſtunt, diſciplinis ſe affligunt, ſilentium tenent, propriam voluntatem frangunt, & a multis delectationibus abſtinent, quæ licita eis eſſent,
Matt. 4. ſi nunquam illicita cõmiſiſſent. Hãc præcepir Dominus, & beatus Iohan
Matt. 5. nes Baptiſta, dicens: Pœnitentiam agite, &c. Ad veram pœnitentiam nos inducere debet neceſſitas, nam

ſine

ſine ipſa non eſt ſalus, dicente Domino: Niſi pœnitentiam egeritis, *Lucæ* omnes ſimul peribitis. Et Auguſti- 13. nus: Peccata, inquit, ſiue parua ſi- *Augu.* ue magna ſint, impunita eſſe non *in ſerm.* poſſunt. Vnde Dominus indixit Da 210. uid pœnitentiam pro peccato ſuo, 2. *Re.* eo quòd numerauit populum ſuum, 24. vt vel ſuſtineret ſeptem annis famem ſuper terram, vel tribus menſibus vindictam inimicorum, vel tribus diebus peſtilentiã,& elegit Dauid ſibi & populo communem plagã mortis. Per hoc ſignificatur, quod neceſſariò quilibet pro peccatis ſuis vel punietur in inferno, quod ſignificant ſeptem anni famis, vel in purgatorio, quod ſignificat violentia inimicorum tribus menſibus, vel temporali pœna, quod ſignificat peſtilentia trium dierum. Sic vtile eſt nobis eligere pœnitentiam leuiſſimam & ſubito tranſeuntẽ. Argumẽtum veræ pœnitentiæ eſt, debita cõmenſuratio pœnæ contra culpam, vt ſecundum quantitatem culpæ, ſit

quan-

quantitas & grauitas pœnæ: ſecundum delectationem culpæ, ſit amaritudo pœnæ: ſecundum diuturnitatem culpæ, ſit diuturnitas pœnæ: & ſecũdum multiplicitatem culpæ, ſit multiplicitas pœnæ, iuxta illud Ioã. Facite dignos fructus pœnitentiæ. Sicut enim ſingulæ infirmitates corporis habent neceſſario ſingulas medicinas, & nulla tam efficax eſt, vt ſanet omnes ægritudines, ita & ſingula peccatorum genera ſpecialem habent pœnitentiam. Non enim directe emendatur ſuperbia per eleemoſynam, rancor & inuidia per orationem, auaritia per ieiunium, impudicitia per vigilias, &c. Sed de ſuperbia directe ſatisfit per humilitatem, de auaritia per eleemoſynarum largitionem, de impudicitia per carnis caſtigationem in cilicio & diſciplinis, de gula per ieiunium, de loquacitate per orationem, de inuidia per charitatem & remiſſionem iniuriæ, de rapina & iniuſtis poſſeſſionibus per reſtitutionẽ, &c.

Luca 3. Matt. 3.

Niſi

Niſi quis (ſicut dicit Chryſoſtomus) non poteſt explere omnem ſatisfaciendi ordinem, tunc benignus Dominus qualemcunque ſuſcipit emendam : tunc pro iniuſtis rebus valet ieiunium, ſi non poteſt reſtituere : ſi non poteſt ieiunare, valet oratio: ſi nõn poteſt orare præ infirmitate ſufficit Deo bona voluntas. Argumentum falſæ pœnitentiæ ponit Innocentius : Falſa pœnitentia eſt, cum pœnitens ab officio curiali vel negociali non recedit, quod ſine peccato agi nullatenus præualet, aut ſi odium in corde geſſerit, aut ſi offenſo cuilibet non ſatisfaciat, aut ſi offenſus offendenti nõ indulgeat, aut ſi arma contra iuſtitiam gerat. Item falſa eſt pœnitentia, quando vnum peccatum emendatur, & de alio non curatur.

De Perſeuerantia. Cap XLII.

PErſeuerantia vera eſt in bonis operibus frequens exercitatio,

con-

continuum ſtudium ad perfectionẽ, ſpiritualium gratiarum & virtutum diligentiſſima vſque ad mortem obſeruatio. ad hanc inuitat nos Do-
Apoc. 2. minus in Apocalypſi: Eſto fidelis vſque ad mortem, & dabo tibi coronam vitæ.
Iob 27. Hanc habuit Iob, cum dixit: Donec deficiam non recedam ab innocentia mea.
Tob. 1. Et Tobias, qui corpora mortuorum occultabat in domo ſua, & medijs noctibus ſepeliuit, licet eum rex propter hoc ſpoliari iuſſerit & occidi. Ad amorem perſeuerantiæ inducere nos debet maxima vtilitas ex ea proueniens. Nam ex ea omne opus bonum, & omnis virtus coronatur, & tota ſalus hominis in ea conſiſtit, ſecundum illud Domini noſtri Ieſu Chri-
Matt. 24 & Matt. 10. ſti: Qui perſeuerauerit vſque in finem, hic ſaluus erit. Sine qua nulla virtus vel opus remunerabile eſt, ſine qua omnis perfectio in nihilũ redigitur. Quid enim profuit Apoſtolo & traditori Iudæ, quod ipſum Dominus de mundo elegerat? Quid

pro-

profuit diuturnitas familiaritatis Ie ſu Chriſti? quid ſancta prædicatio, quam ſæpe ab ipſo audierat? quid exẽpla, virtutes, miracula, quæ ab ip ſo fieri viderat? Quid ſocietas Apo- *Matt.* ſtolorum? quid gratia ſibi collata ad 10. prædicandum & miracula faciendum? Nam ei cum alijs Apoſtolis dixit: Euntes prædicate, quia appro pinquabit regnum cælorum, infirmos curate, mortuos ſuſcitate, leproſos mundate, dæmonia eijcite. Argumentum veræ perſeuerantiæ habet, qui nec amore vitæ, nec timo re mortis, nec minis, nec promiſſis à rectitudine recedit, ſicut Suſanna *Dan.* mortem nõ timens, dixit: Si ego hoc 13. egero, ſcilicet peccatum, mors mihi eſt. Et Mathathias: Et ſi omnes 2 *Ma.* gentes obediant regi Antiocho, vt 2. recedat vnuſquiſque à ſeruitute legis patrum ſuorum, ego & filij mei & fratres mei obediemus legi Dei, propitius ſit nobis Deus. Argumentum falſæ perſeuerantiæ habet, qui de ſua ſanctitate falſe præſumit,

quòd

quòd cadere non poſſit. Ex hoc naſcitur animi libertas, exinde non habet cuſtodiam ſui, & ſic eſt impoſſibile hominem in ſanctitate poſſe perſeuerare. Et ſi Apoſtoli eſſent in mundo, & non haberent cuſtodiam
2. Re. ſui, cadere poſſent. Exemplum de
11. Dauid, qui homicidium & adulterium perpetrauit, quia negligens fuit in cuſtodia oculorum ſuorum.

Laudetur omnipotens qui cuncta diſpoſuit.

CONFESSIO ALBERTI.

Conqueror tibi, Deus ſanctiſſime; cum omnibus lachrymis & guttis ſanguineis dilectiſſimi filij tui, quod adhuc non perueni ad principiũ alicuius virtutis in ea perfectione, ſicut hic ſcriptum eſt. Gaudeo tamen, quod omnes virtutes perfectius habebimus, quàm humanus valeat apprehendere intellectus. Confiteor tibi, Domine, quòd beatus eſt in præſenti, & beatior erit in futuro; qui has virtutes habet in ea perfectione, ſicut hic ſcriptæ ſunt, licet forte minus ſufficiant ad ſalutem. Peto etiam, Domine, cum omni deſiderio filij tui, & Spiritus ſancti, & omnium creaturarum, vt des mihi diſcretionem inter virtutes gratuitas & naturales, & ſimilitudines virtutum. Et quicunque legerit hanc materiam, vel de ipſa audierit, vel cogitauerit, tu omnipotens Deus confer ei ſaltem vnicam veram & perfectam virtutem. Certus ſum, qui habuerit vnam à te,

te, Domine, omnes ſimul habet : & qui creſcit in vna, ſimul creſcit in omnibus : & qui in vna decreſcit, in omnibus ſimul decreſcit. & qui vna caruerit, nullam habet, quia omnes vnita ſunt in gratia. Amen.

Explicit Enchiridium Alberti Magni de virtutibus animæ veris & perfectis, quod & Paradiſus animæ dicitur.

Ad laudem ſanctiſſimæ Trinitatis, Amen.

ALBERTI MAGNI LIBELLVS

DE ADHAERENDO DEO

Cap. I.

COgitaui mihi aliquid vltimate, in quantum poſſibile eſt, in huius exilij & peregrinationis immoratione depingere, ſcriptitando de & ſuper ab omnibus plena & poſſibili abſtractione, & cum ſolo Domino Deo expedita, ſecura, & nuda, firmaque adhæſione: præſertim cum ipſius Chriſtianæ perfectionis finis ſit charitas, qua Domino Deo adhæretur. Ad quam quidem adhæſionem charitatiuam omnis homo de neceſſitate ſalutis tenetur, quòd ſit præceptorum obſeruantia, & diuinæ voluntatis conformitate: quorũ obſeruantia excludit omne, quod repugnat charitatis eſſentiæ & habi-

tui, cuiuſmodi ſunt peccata mortalia. Religioſi vero, qui aſtrinxerunt ſe etiam ad euangelicam perfectionem, atque ad ea quæ ſupererogationis & cōſilij ſunt, per quæ expeditius ad vltimum finem qui Deus eſt peruenitur, per quorum obſeruātiam excluduntur ea etiam quæ impediunt actum ſeu feruorem charitatis, quo minus poſſit quis in Dominum Deum ferri, cuiuſmodi ſunt abrenunciatio omnium rerum, corporis inſuper & animæ, profeſſionis duntaxat voto excepto. Quoniam quidem ſpiritus cum ſit Dominus Deus, & eos qui adorant eum, in ſpiritu & veritate oportet adorare, id eſt, cognitione & amore, intellectu & affectu, ab omnibus fantaſmatibus nudos. Hinc eſt & illud Matt. 6. Cum adoraueris, intra in cubiculum tuū, id eſt, cordis tui intima: & clauſo oſtio, ſcilicet ſenſuum tuorum, & inibi corde puro, & conſcientia bona, & fide nō ficta ora patrē tuum in ſpiritu & veritate in abſcōſo. Quod

tunc congrue ſit, cum homo ab omnibus alijs fuerit exoccupatus & exutus,& totus intra ſe receptus,vbi vniuerſis & ſingulis excluſis & oblitis,coram Ieſu Chriſto tacito ore,ſola mens deſideria ſua ſecure Domino Deo ſuo fiducialiter pandit, ac per hoc toto cordis & amoris affectu ſe in eum intimiſſimis medullis omnium virium ſuarum ſinceriſſime ac pleniſsime diffundit,immergit, dilatat, & inflammat ac reſoluit.

Qualiter quis omnibus alijs ſpretis ſolo Chriſto inhæreat & intendat. Cap. 11.

VEruntamen quicunque talem ſtatum aggredi & ingredi deſiderat & ſatagit, opus eſt omnino, vt velut clauſis oculis & ſenſibus, de nullo ſe penitus implicet aut perturbet,ſollicitus ſit aut curet;ſed

cuncta tanquam impertinentia & noxia ac pernicioſa funditus excutiat. deinde ſe totum intra ſe recipiat, nec aliud vnquam obiectum inibi mente attendat, quàm ſolum Ieſum Chriſtum vulneratum, ſicq; per eum in eum, id eſt, per hominẽ in Deum, per vulnera humanitatis ad intima diuinitatis ſuæ, ſedulo & obnixe intendat. ibique ſe ſuaque ſingula ac cuncta indiſcuſſe ſuæ infatigabili prouidentiæ committat expedite & ſecure, iuxta illud Petri: Omnem ſolicitudinem proijcientes in eum qui poteſt omnia. Et iterum: Nihil ſolliciti ſitis. Et rurſum: Iacta cogitatum tuum in Dominũ, & ipſe te enutriet. Idem, Mihi adhęrere Deo, bonum eſt. Et, prouidebã Dominum in conſpectu meo ſemper. Et ſponſa in Canticis: Inueni quem diligit anima mea. Quippe venerunt mihi omnia bona pariter cum illa. Nempe hic eſt theſaurus ille cæleſtis abſconditus, necnon margarita pretioſa, quæ præ omni-

bus

bus comparata fiducia humili, conatu inſtantiſſimo, taciturnitate tranquilla, etiam vſque ad corporalis commodi, laudis, vel honoris iacturam, in fortitudine ſpiritus quæritur. Alioquin quid proficit religioſo, ſi totum mundum lucretur, & animæ ſuæ detrimentum patiatur? Aut quid releuat ſtatus, profeſſionis ſanctitas, profeſsionis habitus; tonſura, & exterioris diſpoſitio conuerſationis, ſine vita in ſpiritu humilitatis & veritatis, vbi Chriſtus habitat per fidem charitate formatam? Hinc eſt illud Lucæ xvij. Regnum Dei intra vos eſt, quod eſt Chriſtus Ieſus.

Quæ ſit conformitas perfectionis hominis in hac vita.
Cap. III.

POrro quanto plus mens ſollicita eſt ad iſta inferiora & humana cogitanda & tractanda, tanto plus à ſuperioribus & cœleſtibus per

deuotionis intima elongatur:& quã to feruentius ab inferiorum memoria, affectu & intellectu ad ſuperiora ſenſus colligitur, tanto perfectior erit oratio, & purior contemplatio: quia ſimul perfecte non poteſt eſſe vtriſque intenta, quæ ſicut lux & tenebræ ſunt diuiſa. Quippe qui Deo adhæret, verſatur in lumine: qui vero mundo adhæret, in tenebris eſt. Qua ex re, eſt hominis in hac vita ſublimior perfectio, ita Deo vniri, vt tota anima cum omnibus potentijs ſuis & viribus in Dominũ Deũ ſuum ſit collecta, vt vnus fiat ſpiritus cum eo, & nihil meminerit niſi Deum, nihil ſentiat vel intelligat niſi Deum, & omnes affectiones in amoris gaudio vnitæ, in ſola conditoris fruitione ſuauiter requieſcãt. Imago enim Dei in his tribus potẽtijs in anima expreſſa conſiſtit, videlicet, ratione, memoria, & voluntate. Et quamdiu illę ex toto, Deo impreſſæ non ſunt, non eſt anima deiformis iuxta primariã animæ creationem.

tionem. Forma nempe animæ Deus eſt, cui debet imprimi, ſicut cera ſigillo, & ſignatũ ſigno ſignatur. Hoc autem nunquam plene fit, niſi cum ratio perfecte iuxta capacitatem ſuam illuminatur ad cognitionem Dei, qui eſt ſumma veritas: & voluntas perfecte afficitur ad amandam ſummam bonitatẽ, & memoria plene abſorbetur ad intuendum & fruẽdum æterna felicitate, & ad ſuauiter & delectabiliter in ea quieſcendum. Et quia in horum conſummata adeptione conſiſtit gloria beatitudinis, quæ perficietur in patria, liquet quòd iſtorum perfecta inchoatio eſt perfectio in hac vita.

Qualiter operatio humana debeat eſſe in ſolo intellectu, & non in ſenſibus. Cap. IIII.

FOelix ergo, qui per abſterſionem continuam fantaſmatum & imaginum, ac per introuerſionem & inibi per ſurſum ductionem

mentis in Deum, tandem aliquando obliuiſcitur fantaſmatum quodã modo, ac per hoc conſequenter operatur interius nudo ſimplici ac puro intellectu & affectu circa obiectum ſimpliciſſimum Deum. Omnia igitur fantaſmata, ſpecies, imagines, ac formas rerum omnium citra Deum à mente reijcias, vt in ſolo nudo intellectu & affectu ac voluntate tuum pendeat exercitium circa Deum intra te. Nempe finis omnium exercitiorum hic eſt, ſcilicet intendere & quieſcere in Domino Deo intra te per puriſſimum intellectum, & deuotiſſimum affectũ ſine fantaſmatibus & implicationibus. Huiuſmodi autem exercitium non fit in organis carneis, & ſenſibus exterioribus, ſed per quod quis homo eſt. homo vero quis eſt, intellectu & affectu. Et idcirco quamdiu homo cum fantaſmatibus & ſenſibus ludit, & eis inſiſtit, videtur nondum exiſſe motus & limites beſtialitatis ſuæ, hoc eſt, illius, quod cum

beſtijs

beſtijs habet commune. Quia illæ per fantaſmata & per tales ſenſitiuas ſeu ſenſibiles ſpecies cognoſcunt, & afficiuntur, & non aliter, eo quòd altiorem vim animæ non habeant. Secus eſt de homine, ſecundum intellectum & affectum & liberum arbitrium, ad Dei imaginem & ſimilitudinem creato, quibus debet Deo immediate, pure & nude imprimi, & vniri, firmiterque inhærere. Quamobrem diabolus diligentiſſime & maxime conatur impedire illud exercitium, quantum poteſt, ex quo eſt quodammodo præambulum & initium vitæ æternæ, inui dens ſuper hoc homini. Idcirco nititur ſemper mentem hominis alienare à Domino Deo, nunc per iſtas, nunc per illas tentationes ſeu paſſiones, nunc ſolicitudine ſuperflua & cura indiſcreta, nunc turbatione, & conuerſatione diſſoluta, curioſitateque irrationabili: nunc per ſtudia librorum ſubtilium, colloquia aliena, rumores & nouitates:

nunc

nunc per aſpera, nunc per cōtraria, &c. Quæ tamen etſi nonnunquam leuia & tanquam nulla videantur peccata, tamen magna ſunt impedimenta huius ſancti exercitij & operis. Et ideo, etiam ſi vtilia, & neceſſaria viſa fuerint, ſiue magna ſiue parua, vt noxia & pernicioſa illico ſunt reijciēda penitus, & à ſenſibus propellenda. Summopere igitur neceſſarium eſt, vt audita, viſa, facta, & dicta, &c. ſimilia ſine fantaſmatibus, imaginibus & occupationibus recipiantur, nec etiam ex conſequenti vel antea vel tunc ſuper hoc fantaſmata & implicationes formētur & nutriantur. Et ita quando fantaſma non venit ad memoriam & mentem, tunc non impedit hominem, ſiue in oratione, meditatione, & pſalmodia, ſiue in alia quacumque operatione & exercitatione ſpirituali, nec rurſum iterato occuret ei. Et ſic expedite ſecureque te totum, etiam plene omnia & ſingula committe infallibili & certiſsimæ

diuinæ prouidentiæ cum ſilentio & quiete, & ipſe pugnabit pro te: & melius, honeſtius ac dulcius liberabit te & conſolabitur, quàm ſi tu ſemper die noctuq; de hoc continue fantaſiareris, & vana vagaq; ac captiua mente fatue ſic & ſic, hinc & inde diſcurreres errabundus, necnon mēte & corpore deficiens tēpus perderes, & vires ſtulte ac irrationabiliter cōſumeres. Cuncta ergo & ſingula, vndecunque & qualitercunque occurrentia ortũ habeant, ſic accipe cum taciturnitate & tranquillitate ęquanimiter, quemadmodum de manu paternæ diuinæque prouidētiæ tibi venirent. Nuda igitur te à fantaſmatibus omnibus rerum corporearũ, iuxta tui ſtatus & profeſsionis exigentiam, vt nuda mente & ſincere inhæreas cui te multipliciter & totaliter deuouiſti, vt nihil quodãmodo poſsibile ſit medij inter animam tuam & ipſum, vt pure fixeque fluere poſsis à vulneribus humanitatis in lumen ſuæ diuinitatis.

De

De cordis puritate, quæ eſt præ omnibus ſectanda. Cap. V.

SI igitur recto & ſecuro tramite ac breuiter ad finem beatitudinis viæ & patriæ, gratiæ & gloriæ peruenire deſideras & ſatagis, tunc intenta mente ſedulo aſpira ad perpetuam cordis munditiam, & puritatem mentis, ac ſenſuum tranquillitatem. Atque cordis affectum recollige, & iugiter defige ſurſum in Dominum Deum. & inter hæc abſtrahe te à familiaribus tuis, & ab hominibus omnibus, inquantum in te eſt, & negotijs huiuſmodi propoſitum tuum impedientibus, ſemper captans opportunitatem, vbi & quãdo poſſis, locum, tempus & modum reperire quietis ac contemplationis, carpens ſilentij ſecreta: præſentiſque ſeculi vitare naufragia, necnon perſtrepentis mundi fugere perturbationes. Qua de re omni tẽpore puritati, mundiciæ, ac quieti

cordis.

cordis principaliter ſtude, vt videlicet continue velut cauſis carnalibus ſenſibus in temetipſum conuertaris, & cordis oſtia à formis & fantaſmatibus ſenſibilium, & imaginationibus terrenorum, quantum poſſibile eſt, habeas diligenter ſerata. Nempe cordis puritas, inter omnia exercitia ſpiritualia quodammodo (tanquam finalis intentio ac laborum omnium retributio, quam in hac vita ſpiritualis quiſque & vere religioſus recipere conſueuit) ſibi vendicat principatum. Idcirco cor tuum, ſenſus, & affectum, cum omni diligentia, ſolertia & conatu, abſoluas ab his omnibus, quæ libertatẽ ipſius poſſent impedire; inſuper ab omni re mundi poſſibilitatem habẽte alligandi & vinciendi te. Sicque cunctas diſperſiones cordis, & affectiones mentis in vnum verum ſimplex & principaliſſimum bonum recolligere, & intra te tanquã in vno loco recollectas habere agoniza, ac per hoc rebus diuinis Deoque mẽ-

te ſemper inhærere, atque derelicta fragilitate terrena cor ad ſuperna in intimis tuis in Ieſu Chriſto iugiter transformare conare. Quapropter ſi incipis te nudare & purificare à fantaſmatibus & imaginibus, & ſimplificare & trãquillare fiducialiter in Domino Deo cor tuũ & mentẽ tuam, vt haurias & ſentias fontẽ diuini beneplaciti in omnibus interioribus tuis: & per bonã voluntatẽ ſis Deo vnitus in intellectu, ſufficit tibi hoc pro omni ſtudio & lectione ſacræ ſcripturæ & ad dilectionem Dei & proximi, vt vnctio docet. Omni igitur ſtudio, conatu, & labore ſimplifica cor tuum, vt à fantaſmatibus immobilis & tranquillus conuertaris, & ſtes in Domino ſemper intra te, tanquam ſi anima tua ſit in illo Nunc æternitatis, id eſt, diuinitatis, taliter ſcilicet, vt amore Ieſu Chriſti, de corde puro, conſciẽtia bona, & fide non ficta teipſum deſeras, & totum te Deo in omni tribulatione & euentu totaliter ple-

ne committas, eiusque voluntati & beneplacito parere ſemper & patiẽter affectes. Quod vt fiat, neceſſe eſt, vt frequenter ad cor redeas, & in eo perſiſtas, & ab omnibus quantũ poſſibile eſt, teipſum abſoluas, mentis oculum ſemper in puritate & tranquillitate cuſtodias: intellectum à fantaſmatibus & formis rerum infimarum præſerues: voluntatis affectum à curis terrenorum penitus abſoluas, & ſummo vero bono amore feruido radicitus inhæreas: memoriam quoque iugiter habeas ſurſum eleuatam & in ipſo eodem vero ſummo bono ac ſolo eſſentiali & increato firmiter ſtabilitam, ita duntaxat vt tota anima cum omnibus potẽtijs & viribus ſuis in Deũ recollecta, vnus fiat ſpiritus cũ eo, in quo ſumma perfectio vię conſiſtere cognoſcitur. Hæc vero vnitas ſpiritus & amoris eſt, quo homo omnibus votis ſupernæ & æternæ voluntati conformis efficitur, vt ſit per gratiam, quod Deus eſt per naturã.

Inte-

Interea aduertendum, quòd in eo ipſo momento, quo quis ſuam Dei auxilio poteſt vincere voluntatem, id eſt, inordinatum amorem aut zelum à ſeipſo abijcere, ſic ſcilicet, vt Domino Deo de om̃ni ſua neceſſitate audeat plene totaliter confidere, hoc ipſo facto in tantum Deo complacet, vt ſuam ei gratiam largiatur, & per ipſam gratiam veram ſentiat charitatem & dilectionem, omnem ambiguitatem & timorem expellentem, in Deoque confidenter ſperantem. Itaque nihil beatius eſſe poteſt, quàm omnia in illo ponere, in quo nullus eſt defectus. Proinde quamdiu ſtas in te & non ſtas, proijce te totum in Deum ſecure, & ſuſcipiet te, ſanabit & ſaluabit te. Hæc ſi cõtinue intra te veraciter reuolueris, plus tibi ad beatã vitã conferet, quàm oẽs diuitiæ, delitiæ, honores, inſuper & omnis ſapientia & ſciẽtia huius ſeculi fallacis, & corruptibilis mũdi & vitę, etiã ſi in his excelleres omnes, qui vnquã fuerunt.

Quòd

Quòd adhærere debet homo deuotus Deo nudato intellectu. Cap. VI.

ET quia quanto magis te nudaueris à fantaſmatibus & implicationibus exterioribus mundanis & ſenſibilibus, tanto magis anima tua recuperabit vires & interiores ſenſus ſuos, vt ſapiant ei quæ ſurſum ſunt. diſce ergo, abſtinere à fantaſmatibus & imaginibus rerum corporalium: quia ſuper omnia placet Deo mens nuda ab huiuſmodi formis & ſpeciebus, cuius etiam delitiæ ſunt eſſe cum filijs hominum, videlicet qui à talibus occupationibus & diſtractionibus & paſſionibus tranquilla, pura, & ſimplici mente ſibi intendunt, vacant & adhærent. Alioquin ſi in talibus memoria, imaginatio & cogitatio tua ſæpe vacat, neceſſe eſt, vel rebus nouis, vel reliquijs antiquorum deliniri, vel ſecundum alia obiecta varie qualificari.

Vnde ſpiritus ſanctus aufert ſe à co gitationibus, quæ ſunt ſine intelle-ctu. Verus itaque Ieſu Chriſti amator ſic debet eſſe vnitus intellectu per bonã voluntatem, diuinæ voluntati & bonitati, & nudus ab omnib. fantaſmatibus & paſſionibus, vt nõ aduertat ſi derideatur, diligatur, vel quicquid ſibi inferatur. Volũtas nãque bona omnia complet, ſuper omnia eſt. Vnde ſi voluntas adſit bona, & Deo in intellectu pure conformis & vnita fuerit, non nocet ſi caro & ſenſualitas & exterior homo moueatur ad malum, & torpeat ad bonum aut etiam ſi interior homo torpet deuotionem affectare, ſed tantum fide & bona voluntate adhærere debet Deo in intellectu nude. Et hoc facit, ſi omnẽ imperfectionẽ & nihileitatem ſuam animaduertat, & cognoſcat bonum ſuum in ſolo creatore conſiſtere, & cum ſuis potentijs & viribus ſe, ac cunctas creaturas relinquit, atque ex toto, & totam ſe in creatorẽ ſuũ immergit, ita quòd

om-

omnes operationes ſuas dirigit pure ex toto in Dominũ Deum ſuũ, nec extra eum quicquam quærit, in quo percipit inueniſſe omne bonum, & omnem felicitatem perfectionis. Et ſic transformatur quodammodo in Deũ, quòd nec cogitare, nec intelli gere, nec amare, nec memorari poteſt, niſi Deũ pariter & de Deo; creaturas autẽ alias & ſeipſum non videt, niſi tantum in Deo, nec diligit niſi ſolum Deũ, nec memoratur de eis vel de ſe, niſi in Deo. Hæc vero cognitio veritatis ſemper facit animam humilem, ſeipſam, non alium iudicantem: ſed econtra mundana ſapientia facit animam ſuperbam, vanam, turgidam & ventò inflatam. Sit itaque hæc ſpiritualis & fundamentalis doctrina, quod accedens ad Dei notitiam, ſeruitiũ & familiaritatem, & ſi vis Deum veraciter poſſidere, neceſſe eſt, quòd cor tuum denudes omni amore ſenſibili, non tantum cuiuſcunque perſonæ, ſed etiam cuiuſcunque crea-

turæ,vt ſimplici ac toto corde ſecũdum omne tuum poſſe, tendas in Dominum Deum tuum creatorem, libere, abſque omni duplicitate,cura & ſollicitudine,plena fiducia in ſola eius prouidentia de omnibus.

Qualiter cor ſit recolligendum intra ſe. Cap. VII.

PRæterea ſicut dicitur in libro De ſpiritu & anima ca. xxj. aſcendere ad Deum, hoc eſt, intrare in ſeipſum. Qui enim interius intrans,& intrinſecus penetrans ſeipſum tranſcendit, ille veraciter ad Deum aſcendit. Ab huius ergo mũdi diſtractionibus cor noſtrum colligamus & ad interiora gaudia reuocemus, vt aliquando in diuinæ contemplationis lumine hoc figere valeamus. Nam hęc eſt vita & requies cordis noſtri, cùm in Dei amore per deſiderium figitur, & eius conſolatione ſuauiter reficitur. Sed quod in huius rei experimentali degũſtatione

ne multipliciter impedimur, & nequaquam ad ipſum pertingere ſufficiamus: ratio in promptu eſt, quia mens humana ſollicitudinibus diſtracta, non intrat ſe per memoriã fantaſmatibus obumbrata: non redit ad ſe per intellectum, concupiſcentijs illecta, ad ſeipſam nequaquam reuertitur per deſiderium ſuauitatis internæ & lætitiæ ſpiritualis, ita totaliter in his ſenſibilibus & præſentibus iacens non poteſt ad ſe, tanquam ad imaginem Dei intrare. Oportet ergo & neceſſe eſt, vt cum humilitatis reuerentia ac fiducia nimia mens eleuet ſe ſupra ſe, & omne creatum per abnegationem omnium, & vt dicat intra ſe: Quem ex omnibus, & præ omnibus, & ſuper omnia quæro, diligo, appeto, & deſidero; non eſt ſenſibilis neque imaginabilis, ſed ſuper omne ſenſibile & intelligibile; nullo vnquam ſenſu eſt perceptibilis, ſed pleno deſiderio totus deſiderabilis. Non inſuper eſt figurabilis, ſed

intimo affectu perfectiſſime appetibilis. non eſt æſtimabilis, ſed mũdo corde totus affectibilis: quia ſuper omnia amabilis & delectabilis, infinitæq; bonitatis & perfectionis. Et tunc fertur in mentis caliginẽ, & altius intra ſe eleuatur, & profundius ingreditur. Et hic modus aſcendendi vſque ad ænigmaticum contuitũ ſanctiſſimæ Trinitatis in vnitate, vnitatis in trinitate, in Ieſu Chriſto, tanto eſt ardentior, quanto vis aſcendens illi eſt intimior: & tanto fructuoſior, quanto affectu proximior. Quippe in ſpiritualibus illa ſunt ſuperiora quæ intimiora, quo ad experientias ſpirituales. Quapropter nunquã deſiſtas, nunquã quieſcas, donec futuræ illius plenitudinis aliquas (vt ita dicam) arras, ſeu experientias deguſtes, & donec diuinæ ſuauitatis dulcedinem per quãtulaſcumque primitias obtineas, & in odorem ipſius poſt eam currere non deſinas, donec videas Deũ deorum in Sion. In ſpirituali enim profectu,

fectu,& cum Dei intra te vnione & adhæſione, non quieſcas nec retrocedas, donec aſſecutus fueris quod intendis. Exemplũ huius accipe in ſimili ab aſcendentibus montem naturalem. Si enim ſpiritus noſter in his, quæ deorſum trãſeunt ſe per cupidinem immerſerit,ſtatim per infinitas diſtractiones & itinera obliqua rapitur,& à ſe quodammodo diuiſus diſſipatur,& quaſi in tot ſpargitur, quot ea ſunt quæ per deſideria concupiſcit. Hic motus ſine ſtabilitate,curſus ſine peruentione,labor ſine requie. Si vero cor & ſpiritus noſter ab hac infimorũ infinita diſtractione,quę deorſum eſt per deſiderium & amorem ſe traxerit, & hæc infima deſerẽs paulatim ſe intra ſe in vnum immutabile ſufficiẽs bonum colligens, ſecum eſſe didicerit, & ei inſeparabiliter quodã affectu inhæſerit,tanto amplius in vnum colligitur & fortificatur, quanto magis agnitione & deſiderio ſurſum eleuatur,& in ipſo vero ſummo

bono intra ſe habituatur, donec tandem omnino immutabilis fiat, & ad illam veram vitam, quę ipſe Dominus Deus eſt, immutabiliter perueniat, vt perpetuo ſine omni mutabilitatis & temporis viciſſitudine, requieſcat iam in illa intrinſeca, & quieta, ac ſecreta diuinitatis manſione perfecte collocatus intra ſe in Chriſto Ieſu, qui eſt via ad ſe venientibus, veritas, & vita.

Quomodo in quolibet euentu homo deuotus ſe debeat Deo committere. Cap. VIII.

CRedo iam & arbitror, quòd ex hucuſque deductis cognoſcas, quòd quanto magis magiſque te nudaueris à fantaſmatibus, & omnibus rebus mundialibus, & creatis, ac per bonam voluntatem intellectu Deo vnitus fueris, tanto magis ad ſtatum innocentiæ & perfectionis appropinquas. Quo quid melius? quidve felicius ac iucundius?

Super omnia ergo valet, vt teneas mentem nudam ſine fantaſmatibus & imaginibus, & à quibuſcunque implicationibus, vt nec de mundo, nec de amicis, nec de proſperis, nec de aduerſis, præſentibus, præteritis, vel futuris, in te nec in alijs, nec etiam nimis de proprijs peccatis ſolliciteris, ſed cum quadam puritatis ſimplicitate te eſſe cũ Deo extra mundum nude cogita, ac ſi anima tua iã eſſet in æternitate extra corpus ſeparata, vtique non tractaret ſecularia, nec curaret de ſtatu mundi, nec de pace, nec de guerra, nec de ſereno, nec de pluuia, & plane nec de aliquo huius ſeculi, ſed ſoli Deo conformiter totaliter intenderet, vacaret, & inhęreret. Sic ſuo modo vel nunc relinque corpus tuum, & omnia præſentia, & futura creatà, & defige aciem mentis ac ſpiritus tui fixe ſecundum omne tuum poſſe, nude & expedite in illud increatum lumen. Et ſic ab omnibus fantaſmatibus, & inuolutionibus ac

obnu-

bono intra ſe habituatur, donec tandem omnino immutabilis fiat, & ad illam veram vitam, quę ipſe Dominus Deus eſt, immutabiliter perueniat, vt perpetuo ſine omni mutabilitatis & temporis viciſſitudine, requieſcat iam in illa intrinſeca, & quieta, ac ſecreta diuinitatis manſione perfecte collocatus intra ſe in Chriſto Ieſu, qui eſt via ad ſe venientibus, veritas, & vita.

Quomodo in quolibet euentu homo deuotus ſe debeat Deo committere. Cap. VIII.

CRedo iam & arbitror, quòd ex huçuſque deductis cognoſcas, quòd quanto magis magisque te nudaueris à fantaſmatibus, & omnibús rebus mundialibus, & creatis, ac per bonam voluntatem intellectu Deo vnitus fueris, tanto magis ad ſtatum innocentiæ & perfectionis appropinquas. Quo quid melius? quidve felicius ac iucundius?

Super

Super omnia ergo valet, vt teneas mentem nudam ſine fantaſmatibus & imaginibus, & à quibuſcunque implicationibus, vt nec de mundo, nec de amicis, nec de proſperis, nec de aduerſis, præſentibus, præteritis, vel futuris, in te nec in alijs, nec etiam nimis de proprijs peccatis ſolliciteris, ſed cum quadam puritatis ſimplicitate te eſſe cũ Deo extra mundum nude cogita, ac ſi anima tua iã eſſet in æternitate extra corpus ſeparata, vtique non tractaret ſecularia, nec curaret de ſtatu mundi, nec de pace, nec de guerra, nec de ſereno, nec de pluuia, & plane nec de aliquo huius ſeculi, ſed ſoli Deo conformiter totaliter intenderet, vacaret, & inhęreret. Sic ſuo modo vel nunc relinque corpus tuum, & omnia præſentia, & futura creatà, & defige aciem mentis ac ſpiritus tui fixe ſecundum omne tuum poſſe, nude & expedite in illud increatum lumen. Et ſic ab omnibus fantaſmatibus, & inuolutionibus ac

obnubilationibus deputatus ſit ſpiritus tuus, tanquam angelus corpori alligatus, qui per operationē carnis non impeditur, nec cogitationibus vanis, ac vagis implicatur. Fortificet ergo ſe ſpiritus contra quaſcunque tentationes, vexationes, iniurias, vt ęquanimiter inconcuſſe in vtraque fortuna perſeueret in Deo. Et cum adeſt turbatio, aut accidia, vel mentis confuſio, non propterea inſoleſcas; aut puſillanimis ſis, nec propter hoc curras ad orationes vocales, aut alias cōſolationes, ſed hoc ſolum vt reſuſcites te per voluntatem bonā in intellectu, vt adhæreas Deo mente, velit nolit ſenſualitas corporis. Deuota namque anima ſic debet eſſe cum Deo vnita, & ſuam voluntatem diuinæ voluntati tā conformem habere, & facere quòd ſe cum nulla creatura occupet, ſeu adhæreat: ſicut dum non erat creata, ac ſi nihil ſit præter ſolum Deum, & ipſam animam. Et ſic vniuerſa & ſingula æquanimiter de manu diui-

næ prouidentiæ ſecure infallibiliter accipiat, ſuſtinens vniformiter in omnibus Dominum in patientia, tranquillitate, & ſilentio. Qua de re nudare mentem ab omnibus fantaſmatibus ſuper omnia valet ad vitã ſpiritualem, vt ſis per bonam voluntatem vnitus Deo in intellectu & cõformis: præterea nihil erit medium inter te & Deũ. Quod ſic patet, quia nec res aliqua ab extra, cũ per votũ volũtariæ paupertatis ablata ſit omnis rei poſſeſſio vſque ad vltimũ, & per caſtitatis votũ corpus, & per obedientiam voluntas & ipſa anima, & ſic quodammodo nihil relinquitur, quod mediat inter te & Deum. Quòd autẽ religioſus ſis, probat profeſſio ipſa, ſtatus tuus, & nunc habitus tuus, & tonſura, & ſimilia huiuſmodi: ſed an fictus, an verus religioſus ſis, tu videris. Animaduerte ergo, quàm grauiter degeneres & pecces in Dominum Deum tuum, & in omnẽ ſuam iuſtitiam, ſi ſecus

egeris.

egeris, & creaturæ potius quàm creatori ipſi voluntate & amore inhæſeris, creaturam præponens creatori.

Contemplatio in Deo, qnatenus omnibus alijs exercitijs eſt præponenda. Cap. IX.

ET quia omnia citra Deum ſunt effectus & opus ipſius creatoris, habentia poſſe & eſſe, & quicquid ſunt& poſſunt, limitatum, & vt ex nihilo producta nihileitatibus circundata, & ex ſe ad nihilum tendentia, & neceſſario momentis ſingulis ſuum exiſtere conſeruari, operari, & ſi quid in eis eſt, & ſic per omnia ab ipſo ſummo opifice Deo recipientia, tanquam vere ex ſeipſis ſibi & alijs inſufficientia, ad cuius operationem ſunt, ſicut nihil ad aliquid, finitum ad infinitum. Quapropter in ſolo eo, & circa eũ, & propter eum, & in eum ſit omnis recta noſtra contemplatio, vita, & opera-

operatio: qui etiam vno voluntatis nutu poſſet, & ſciret in infinitum omnibus modo creatis perfectiora producere. Nulla ergo ſiue ſecundũ intellectum, ſiue ſecundum affectũ contemplatio & amoris fruitio, vtilior, perfectior, & felicior, quàm in ipſo Deo creatore ſummo, & vero bono: à quo, in quo, per quem, & ad quem omnia, ſibi & omnibus ſufficiens eſt in infinitum, qui omnium in ſe continet perfectiones ſimpliciſſime ab ęterno, in quo nihil quod non ſit ipſe. Apud quem, & per quẽ, omnium inſtabilium ſtant cauſæ, in quo omnium mutabilium immutabiles manent origines, necnon omnium rationabilium, irrationabiliumque, atque temporalium in eo ſempiternæ viuunt rationes, qui omnia complet, vniuerſa ſingulaque ſe toto eſſentialiter implet, cuique rei intimior eſt, & præſentialior per eſſentiam, quàm res ſibijpſi, in quo omnia ſimul ſunt vnita, & in eo ſempiternè viuunt. Præterea ſi ex infirmitate,

mitate, aut inuſitatione intellectus, quis magis tenetur in creaturis con templari, tunc hæc optima verba & fructuoſa contemplatio videtur homini mortali poſſibilis, vt ſaltem in cunctis ſuis contemplationibus, & meditationibus, ſiue circa creaturas, ſiue circa creatorem fuerit, con ſurgat delectatio in ipſo creatore Deo vno & trino intra ſe, vt inardeſcat ignis diuini amoris, & veræ vitæ in ſe, & in alijs, ad meritum felicitatis æternæ vitæ. Animaduertendum eſt etiam in hoc differentiā inter contemplationem catholicorū fidelium, & philoſophorum gentilium, quia contēplatio philoſophorum eſt, propter perfectionem contemplantis, & ideo ſiſtit in intellectu: & ita finis eorum in hoc eſt cognitio intellectus. Sed contēplatio ſanctorum, quæ eſt catholicorū, eſt propter amorem ipſius, ſcilicet con templati Dei. Idcirco non ſiſtit in fine vltimo in intellectu per cognitionem, ſed tranſit ad affectum per

amorem. Vnde ſancti in contempla tione ſua habent amorem Dei tanquam principaliter intentum, quia felicius eſt etiam Dominum Ieſum Chriſtum cognoſcere, & habere ſpiritualiter per gratiã, quàm ſine gratia corporaliter, vel etiam eſſentialiter. Porro dum anima ab omnibus abſtrahitur, & in ſeipſam reflectitur, contẽplationis oculus dilatatur; & ſe ſcalam erigit, per quã tranſeat ad contẽplandum Deum. Ex qua cõtemplatione anima inardeſcit ad bona cæleſtia & diuina, & ad æterna: & omnia temporalia à longe proſpicit tanquam nihil ſint. Vnde quãdo in Deum procedimus per viam remotionis: primo negamus ab eo omnia corporalia & sẽſibilia & imaginabilia: ſecundo etiã intelligibilia, ad vltimũ hoc ipſum eſſe ſecundum quod in creaturis remanet. Sic quantũ ad ſtatum viæ pertinet, optime Deo coniũgimur ſecundũ Dionyſium. Et hæc eſt caligo, quã Deus inhabitare dicitur, quam Moyſes

intra-

intrauit, ac per hanc ad lucem inac ceſſibilem. Verum non prius quòd ſpirituale, ſed quòd animale: ideo conſueto ordine procedendum eſt à labore actionis ad quietem contemplationis, à virtutibus moralibus ad theoricas & ſpeculatiuas. Denique, ò anima mea, quid occuparis circa plurima ſuperuacue, & ſemper in his eges? Intende & ama hoc vnum optimum bonum, in quo omne bonum, & ſufficit. Infelix ergo qui omnia ſcit præter ipſum & habet, ipſum autem neſcit. Et ſi hæc omnia & ipſum ſciat, non propter hæc, ſed propter ipſum beatior. Vnde Iohannis xvij. Hæc eſt vita æterna, vt cognoſcant te, &c. Et Propheta: Satiabor cum apparuerit gloria tua.

Actualis deuotio & ſenſibilis, non tantum curanda eſt, ſicut voluntate Deo adhærere. Cap. X.

PRæterea non multũ cures actualem deuotionem, aut ſenſibilem dulce-

dulcedinem, vel lachrymas; ſed tantum per bonam voluntatem in intellectu ſis mente cum Deo intra te vnitus. Quippe ſuper omnia placet Deó mens nuda à fantaſmatibus, id eſt, imaginibus ſpeciebus, ac ſimilitudinibus rerum creatarum. Decet namque monachũ eſſe alienum ab omni creatura, vt ſoli Deo intra ſe nude & expedite intendat, vacet & adhæreat. Quamobrẽ abneges temetipſum, vt nude ſequaris Chriſtũ Dominum Deũ tuum, qui vere pauper, obediẽs, caſtus, humiliatus eſt, & paſſus: in cuius etiã vita & morte multi ſcãdalizati fuerunt, vt liquet ex decurſu euangelij. Præterea anima ſeparata à corpore non aduertit, quomodo aut quid agatur de ſuo corpore derelicto, ſiue cõburatur, ſiue ſuſpendatur, ſiue maledicatur: & nihil propter has iniurias corpori illatas contriſtatur: ſed ſolum cogitat illud Nũc ęternitatis, & illud Vnum quod dixit Dominus in Euãgelio neceſſariũ. Sic & tu te habeas ad

corpus tuum, quaſi iam nō ſis in cor pore,& cogita ſemper de æternitate animæ tuæ in Deo,& dirige ſedulo cogitatum tuum in illud vnum de quo Chriſtus dixit: Porro vnum eſt neceſſarium: & ſenties ex hoc magnam gratiam, ad mentis nuditatem & cordis ſimplificationem acquirendam. Verumtamen iſtud vnū eſt tibi præſentiſſimum, ſi te nudaueris à fantaſmatibus, & quibuſcūque alijs implicationibus, moxque ſenties ſic eſſe, videlicet te nuda & expedita mente vacare & adhærere Deo,& ſic eris inuictus etiam in omnibus qualitercunque inferri poſſunt, ſicut & ſancti martyres, patres, & electi, beatique omnes: qui deſpectis omnibus ſolum cogitabāt animæ ſecuritatem & æternitatem in Deo: & ita armati intus, & per bonam voluntatem Deo vniti, omnia mundi ſpreuerunt, ac ſi omnino anima iam diuiſa eſſet à corpore. Ex his ergo perpende, quantum poteſt bona voluntas cum Deo vnita,

immo per illam animæ impreſſionem in Deo, vt per eius à carne virtualem & ſpiritualem diuiſionem, anima quodammodo reſpiciat à lō ge hominem exteriorem ſuum tanquam non ſuum, & ſic vilipendit omnia quæ inferuntur ſibi, vel carni ſuæ, ac ſi fierent alteri, vel nō homini. Qui enim adhæret Deo, vnus ſpiritus eſt cum eo. Numquam ergo audeas omnino coram Domino Deo tuo intra te aliquid cogitare, vel imaginari, quod coram hominibus erubeſceres, vel audiri, vel videri, propter Dei reuerentiam principalem. Eſt etiam hoc iuſtum, omnem tuum cogitatum & cogitationem, ad ſolum Deum erigere: eumque, tanquam nihil aliud præter ipſum ſit, ſola mentis acie intueri, ſicque inhærendo frui, quod eſt perfecta inchoatio vitæ futuræ.

Qualiter tentationibus ſit reſiſtendum, & tribulationes qualiter ſuſtinendæ. Cap. XI.

PRoinde nemo accedens ad Deũ vero & integro corde eſt, quin vexationibus & tentationibus probetur. Idcirco in omnibus tentationibus vel hoc obſeruetur, vt ſi ſentiatur, non conſentiatur, & patienter, ac æquanimiter cum humilitate, & longanimitate portetur. Si vero blaſphemiæ ſint & turpiſſimæ, hoc omnino firmiter teneas, quòd nihil melius, aut verius cõtra eaſdẽ facere potes, quàm omnino huiuſmodi fantaſias pro nihilo reputare: quanquàm blaſphemiæ nequiſſimæ & fœdiſſimæ & horribiles ſint, ſolum non cura eas, ſed pro nihilo reputa & contemne, & tibi non imputa, nec velis tibi ſuper huiuſmodi conſcientiam formare. Fugiet procul dubio inimicus, ſi eũ ſic & ſuas factiones contempſeris. Superbus

enim

enim eſt valde, non patitur ſe conté-
ni & ſperni. Omnino ergo talia pe-
nitus non curare, ſummũ eſt reme-
dium, ſicut de muſcis volantibus cõ
tra voluntatem coram oculis. Proui
deat ergo ſeruus Ieſu Chriſti, tã fa-
cile non importune fugere à facie
Domini, & hinc inde indignari, mur
murare, & querulari ſuper vnius
muſcæ vexatione, videlicet leuis té
tationis, ſuſpicionis, triſtitiæ, & de-
tractionis, inſufficientiæ & cuiuſcũ-
que aduerſitatis, cũ ſola manu bonæ
volũtatis in Deũ erectæ poſſunt om
nia hæc fugari. Nempe per bonam
voluntatem habet homo Deum in
poſſeſſorem, ſanctos angelos cu-
ſtodes & protectores. Inſuper &
per bonã voluntaté omnis tentatio
ſuperatur, ſicut muſca manu de ca-
luicie capitis fugatur. Pax ergo ho-
minibus bonæ volũtatis. Proinde er
go nec aliquid ditius offertur Deo
bona voluntate. Quippe bona volũ
tas in anima, eſt origo omnium bo-
norum, & omnium mater virtutum,

quam qui habere incipit, ſecure ha bet quicquid ei ad bene viuendum opus eſt. Si ergo volueris bonum & non potes, factum Deus compēſat. Igitur ſecundum hoc æterna lex incommutabili ſtabilitate firmauit, vt in voluntate meritum ſit;in beati tudine, aut in miſeria præmium atque ſupplicium. Dilectio enim eſt magna voluntas Deo ſeruiendi, dulcis affectus Deo placendi, feruentiſſimum deſiderium Deo fruendi. Demum tentari non eſt peccatum, ſed materia exercendę virtutis, vt homo ad multa bona proficiat tentatione, cum tota vita hominis ſuper terram tentatio cenſeatur.

De amore Dei, quàm efficax ſit. Cap. XII.

ENimuero omnia ſupradicta, & quæcunque ſaluti neceſſaria, nō melius, nec propinquius, nec ſalubrius perfici poſſunt, niſi per amorem. Per quem ſuppleri poteſt omnis

nis neceſſarij ad ſalutem indigentia, & in eo habetur omnis boni abundantia, nec deeſt ſummi deſiderij præſentia. Quippe ſolus amor eſt, quo conuertimur ad Deũ, transformamur in Deum, adhæremus Deo, vnimur Deo, vt ſimus vnus ſpiritus cum eo, & beatificemur hic in gratia, & ibi in gloria ab eo, & per eum. Amor enim ipſe non quieſcit, niſi in amato. Quod fit, cum obtinet ipſum poſſeſsíone plenaria atque pacifica. Nempe amor ipſe, qui & charitas, eſt via Dei ad homines, & via hominis ad Deum: & mãſionem Deus habere non poteſt, vbi charitas non eſt. Si igitur charitatẽ habemus, Deũ habemus, quia Deus charitas eſt. Proinde nihil amore acutius, nihil ſubtilius, aut penetrabilius, nec quieſcit, donec naturaliter totam amabilis penetrauerit virtutem & profunditatem ac totalitatem, & vnum ſe vult facere cum amato; & ſi fieri poteſt, vt hoc idem ipſe ſit quod amatum. Et ita nullũ

patitur mediũ inter ſe & obiectum dilectũ quod amat, quod eſt Deus, ſed vehementer tendit in eum. Et ideo nunquam quieſcit, donec omnia tranſeat, & ad ipſum in ipſum veniat. Eſt enim amor ipſe virtutis vnitiue & transformatiue, transformans amantem in amatum, & econtra, vt ſit vnum amatorum in altero, & econuerſo, in quantũ intimius poteſt. Quod liquet primo quantum ad vires apprehenſiuas, qualiter amatum ſit in amante, videlicet in quantum dulciter & delectabiliter reuocatur in apprehenſione amantis, & è regione, prout ſcilicet amãs nititur ſingula, quæ ad amatum pertinent non ſuperficialiter, ſed intrinſecus diſcernere, & quaſi ad interiora eius ingredi. Sed quantum ad vires appetitiuas & affectiuas, amatum dicitur in amante, prout videlicet eſt in affectuoſa eius complacentia, & in iocunda eius delectatione interius radicata: e conuerſo, amans eſt in amato toto deſiderio

tio & conformitate, ſecundum idē velle & nolle, & in eodem gaudere & triſtari, tanquam idem ipſe. Trahit enim amor (quia fortis eſt vt mors dilectio) amantem extra ſe, & collocat eū in amato, faciens ei intimiſſime inhærere. Plus enim eſt anima vbi amat, quàm vbi animat: quia ſic eſt in amato ſecundum propriam naturam, rationem, & voluntatem: ſed in eo quod animat, tantum eſt ſecundum quod eſt forma, quod etiam brutis conuenit. Non eſt ergo aliud quod nos ab exterioribus ſenſibilibus intra nos, & exinde in Ieſu Chriſti intima & diuina trahit, quàm amor Chriſti, quàm deſiderium dulcedinis Chriſti, ad ſentiendum, percipiendum, & deguſtandum præſentiam diuinitatis Chriſti. Non itaque aliud eſt quàm amoris vis, quæ etiam animam de terris ad faſtigia cæli celſa perducit. Nec ad ſummam beatitudinem quis peruenire poteſt, niſi amore & deſiderio prouocante.

Ipſe

Ipſe etiam amor eſt vita animæ, veſtis nuptialis, & perfectio ipſius, in quo omnis lex & Prophetæ. Vnde & Domini edictum pendet. Vnde Apoſtolus ad Corinthios: Plenitudo legis eſt dilectio. Et prima ad Timotheum; Finis præcepti eſt charitas.

Orationis qualitas & vtilitas: & quo modo cor ſit recolligendum intra ſe. Cap. XIII.

PRæterea, cum ad hæc, & ad quæcunque alia bona omnino ſimus ex nobis inſufficientes, nec aliquid de nobis ipſi Domino Deo (à quo ſolo omne bonum) exhibere poſſumus, quod non ſit prius ſuũm, ſolo vno excepto, quod ſupereſt: quemadmodum ipſe per ſe benedicto ſuo ore etiam & exemplo nos inſtruere dignatus eſt: vt videlicet in omni caſu & euentu ad ipſam orationem recurramus, ſicut rei, miſeri, pauperes, mendici, infirmi, inopes, ſubdi-

ti,

ti,ſerui, & filij,ac totaliter in nobis ipſis deſolati humillima mẽtis proſtratione in timore & amore,recollecte & compoſite maturo,vero,nudoque affectu erubeſcẽtiæ,cum magnitudine deſiderij & ardore, necnon in gemitu cordis,& ſimplicitate & ſinceritate mentis, ſupplicemus & exponamus ſibi plena cum fiducia vndique nobis imminentia pericula, ita duntaxat, vt expedite, ſecure, & nude nos ei totaliter vſque ad vltimum fideliter committamus,& offeramus, tanquam vere & per omnia ſui, nihil nobiſipſis reſeruantes, vt impleatur in nobis illud beati patris Iſaac, qui loquitur de hac ipſa oratione,dicens: Tunc erimus vnũ in Deo, & Dominus Deus erit in nobis omnia in omnibus & ſolus,quando illa ſua perfecta dilectio,qua prior ille nos dilexit,in noſtri quoque cordis tranſierit affectum. Quod ita fiet,cum nobis omnis amor, omne deſiderium, omne ſtudium, omnis conatus, denique om-

omnis cogitatio noſtra, omneque quod videmus, loquimur, quodque ſperamus, Deus erit; illaque vnitas quæ nunc eſt Patris cum Filio, & Filij cum Patre, in noſtrum fuerit ſenſum mentemque tranfuſa: vt quemadmodum ille nos ſincera & pura atque indiſſolubili charitate diligit, nos quoque ei perpetua, & inſeparabili dilectione iungamur, ita ſcilicet eidem copulati, vt quicquid ſperamus, quicquid intelligimus, quicquid loquimur, & oramus, Deus ſit. Hæc ergo intentio, hic conatus, & finis ſpiritualis hominis eſſe debet, vt imaginem futuræ beatitudinis in hoc corruptibili corpore poſſidere mereatur, & quodãmodo arram illius cæleſtis beatitudinis, & conuerſationem gloriæ incipiat in hoc ſeculo prægustare. Hic inquã finis totius perfectionis eſt, vt eo vſque extenuata mens ab omni ſitu carnali, ad ſpiritualia quotidie ſublimetur, donec omnis conuerſatio, omniſque voluntas cordis, vna

& in-

& iugis efficiatur oratio. Cumque ita mens depoſita fæce terrena, ad Deum,in quo ſolo ſemper defixa debet eſſe intentio ſpiritualis hominis,reſpirauerit (cui ab illo ſummo bono vel parua ſeparatio mors præſens, ac pernicioſiſſimus interitus eſt credẽdus)p·æmiſſaq; fuerit trãquillitate fundata,vel ab omniũ carnaliũ paſſionũ nexibus abſoluta, & illi vni ſummoque bono tenaciſſima adhæſerit intentione, Apoſtolicũ illud implebit; Sine intermiſſione orate, & in omni loco: leuantes puras manus, ſine ira & diſceptatione. Hac enim puritate (ſi dici poteſt) ſenſu mentis abſorpto, ac de terreno ſitu ad ſpiritual e ſiue angelicam ſimilitudinem transformato, quicquid in ſe receperit, quicquid tractauerit,quicquid egerit,puriſſima atque ſinceriſſima oratio erit. Hæc proinde ſi continuaueris indiſrupte, quemadmodum vſque ab initio diſſeruimus,erit tibi in tua introuerſione & recollectione iã facile ac

prom-

promptum contemplari ac frui, ſicut viuere in natura.

Conſcientia atteſtatio in omni iudicio requirenda eſt. Cap. XIIII.

DEmum ad ſpiritualem mentis perfectionem, puritaté,& tranquillitatem in Deo conſequendam, non mediocriter ad hoc proficere videtur, vt in omni quod de nobis dicitur,ſentitur,& agitur,ſemper tacite ad interiora mentis arcana recurramus, & inibi ab omnibus alijs abſtracti,intra nos totaliter recollecti ſtatuamus nos, in cognitione veritatis ante nos & vtique inueniemus,atque videbimus penitus nihil proficere nobis,ſed plurimum obeſſe,ſi laudati, vel honorati, ab extra fuerimus, & ab intra in veritatis cognitione de nobis culpabiles, & rei exiſtimus. Et ſicut tunc nihil prodeſt, ſi quempiam ab extra homines laudant, & conſcientia ab intra accuſat: ita è regione nihil obeſt, ſi

ab

ab extra quis contemptus, vituperatus, & perſecutus fuerit, ab intra tantum innocens, irreprehenſibilis, & innoxius exiſtat, immo quàm plurimum ſuper hæc cum patientia, & ſilentio, & quiete, non immerito in Domino gratulari habet: ſiquidem nulla nocebit aduerſitas, vbi non dominatur iniquitas. Et ſicut nullum malum impunitum, ita nullum bonum irremuneratum. Neque cum hypocritis velimus mercedem & præmium exſpectare, vel recipere ab hominibus: ſed ſolum à Domino Deo, non in præſenti, ſed in futuro, non tranſitorie in tempore, ſed in æternitate. Liquet ergo, quòd nec maius aliquid, nec melius, quàm ſemper in omni tribulatione, & euẽtu ire ad interiora mentis ſecreta, & ibi inuocare ipſum Dominum Ieſum Chriſtum adiutorem in tentationibus, & tribulationibus, ac inibi humiliari in confeſſione peccati, & laudare ipſum Deum & patrem, corripientem & conſolantem: inſuper

& om-

& omnia, & ſingula in ſe, vel in alijs, proſpera, ſiue aduerſa æquanimiter accipere expedite, & ſecure de manu ſuæ infallibilis prouidentiæ, aut diſpoſitionis ordinatæ. Ex quibus ſequitur etiam peccatorum remiſsio, amaritudinis expreſſio, collatio dulcedinis & ſecuritatis, infuſio gratiæ & miſericordiæ, attractio & corroboratio familiaritatis, atque abundans de ipſo conſolatio, firmaque adhæſio, & vnio. Sed nec velimus imitari eos, qui per hypocriſim, & more Phariſaico, ſeipſos carius & aliter videri, haberi, & apparere ab extra coram hominibus ſatagunt, quàm ab intra in veritate de ſe didicerunt: quod quidem extremæ dementiæ eſt, ſic videlicet quærere, appetere aut expetere laudem humanam, vel gloriam à ſe, vel ab alijs, cum nihilominus interius repletus ſit illecebris & peccatis grauiſſimis. Et certe qui poſt huiuſmodi vaniſſima currit, fugient ab eo prædicta bona, & dedecus incurrit.

rit. Semper ergo præ oculis tuis ha beas mala tua, & inidoneitatē tuā, & cognoſce te, vt humilieris,& tan quam peripſema indigniſſimum, vi liſsimum,abiectiſsimumque ab om nib⁹ haberi nō refugias propter gra uiſsima peccata, & maxima mala tua. Qua de re reputa te inter alios, vt ſcoriam inter aurum, zizaniam inter triticum,paleam inter grana, lupum inter oues, Sathan inter filios Dei. Sed nec velis reuereri ab alijs, alijſque præferri; imò potius toto corde & ſpiritu fuge virus huius peſtilentiæ, venenum laudis, reputationem iactantię,& oſtentationis, ne videlicet iuxta Prophetam, laudetur peccator in deſiderijs animæ ſuæ. Et Eſaiæ tertio. Qui beatum te dicunt, ipſi te decipiunt, & viam greſſuum tuorum diſſipant. Et Dominus Lucæ ſexto, Væ cum benedixerint vobis homines.

Contemptus ſui qualiter cauſetur in homine, & quàm vtilis ſit. Cap. XV.

PRoinde quanto quis vtilitatis ſuæ cognitor eſt, tanto plus & limpidius diuinæ maieſtatis eſt inſpector, Et quanto aliquis propter Deum veritatem & iuſtitiam, ſibiip ſi in oculis ſuis eſt vilior, tanto in oculis Dei eſt pretioſior. Quapropter ſtudeamus toto deſiderio, conatu, nos viliſsimos reputare, & credere indignos omni beneficio, nobis diſplicere, ſoli Deo placere, ab aliis indigniſsimi & viliſsimi reputari, inſuper ſuper tribulationibus affectionibus, & iniuriis non moueri, nec ſuper huiuſmodi inferentes conturbari, nec cogitationibus contra eos inuolui, vel indignari, ſed æquo animo credere velis te cunctis iniuriis, vilipenſionibus flagellis, & derelictionibus eſſe dignum. Nam reuera, qui vere ſecundum Deum

pœni-

pœnitet, & luget, ille ab omnibus honorari, ac diligi abhorret, nec ſubterfugit, nec renuit ſe quodammodo odiri conculcari, deſpici, vſque in finem: vt vere humilietur, & puro corde ſoli Domino Deo ſincere adhæreat. Veruntamen ad Dominum Deum ſolum diligendum, & ſeipſum ſuper omnia abhorrēdum, & ab alijs appetere vilipendi non requiritur labor extrinſecus, nec corporis valetudo, ſed potius ſolitudo corporis & quies, labor cordis, & quies mentis, vt ſcilicet labore cordis, & affectione mentis intimæ ſurgat, & corporaliter ſe ab illis infimis euellat, & ſic ad celeſtia, & diuina ſurgat & aſcendat: nempe hoc facientes, mutamus nos in Deum. Et præcipuè tunc fit, quando ex corde eligimus ſine iudicio, damnatione, & contemptu proximi, nos vt peripſema, & opprobrium ab omnib⁹ æſtimari, immo ab omnibus tā quam lutum fœdum abhorreri, quā quibuſcunq; delicijs abundare, vel

ab hominibus honorari, aut eleuari, ſeu qualicunque corporali & trã ſitoria ſoſpitate, vel commodo perfrui, nec aliam præſentis huius mortalitatis, & corporalis vitæ conſolationem deſiderare, quam noſtras offenſiones, culpas, & peccata ſine intermiſsione lugere, deplangere, & plorare, perfecte nos vilipendere, &annihilare, &de die in diẽ, ab aliis magis magiſq; viliores haberi, & in omni vilitate indigni in noſtris oculis quotidie fieri, vt ſoli Deo placeamus, eumque ſolum diligamus, ſicque ei adhæreamus, nec circa aliquid velimus affici, niſi ſolum circa ipſum Dominum Ieſum Chriſtum, qui ſolus iaceat in noſtro affectu, nec de vllo ſolicitari, & curare, niſi de ipſo, in cuius ditione & prouidentia vniuerſa & ſingula currunt & ſubſiſtunt. Non ergo tuum erit amodo deliciari, ſed vere toto corde lugere. Quamobrem, ſi non luges, propter hoc luge: ſi verò luges, propter hoc magis lamentare, quia dolo-

doloris cauſam tibi ſuperinduxiſti, propter tuas offenſiones maximas & peccata infinita. Sicut ergo non ſolicitudinem gerit ſuper ſpiculatorum diſpoſitionem, qui ſentētiam ſuſcipit condemnatus, ſic qui lamentatur, & efficaciter luget, neque deliciis, neque iræ, aut gloriæ, vel indignationi, vel huiuſmodi ali quādo attēdat. Et ſicut alia ciuium, alia ſunt damnatorum habitacula, ita lugentium & habentiū ad pœnā obligantia delicta, ſtatio & inſtitutio ab innoxiis, & non obligatis, aliena penitus debet eſſet & remota. Alioquin non eſſet differentia rei obnoxij & innocentis, in compenſatione, & ſatisfactionis pœna, quæ tamen magna erat in præuaricationis culpa, & liberior eſſet iniuſtitia, quam innocentia. Omnia ergo abneganda, omnia contemnenda, omnia excutienda & vitanda, vt plena fide bonum luctui pœnitentiæ iaciatur fundamentum. Igitur in veritate Ieſum Chriſtum dili-

gens,& poſt eum lugens, & eum in corde, & in corpore portans, in veritate dolorem de ſuis peccatis & offenſionibus habens, in veritate futurum regnum percipere inquirens, necnon in vera fide memoriam tormentorum, & iudicij æterni poſsidens,& ſui exitus timorem & memoriam firmiter, perfectéque reaſſumens,non vlterius conabitur, nec curabit nec ſolicitus erit de aliquo alio. Propter quod qui ad beatam impaſsibilitatem & ad Deum currere feſtinat,omni die in qua non maledicitur,& contemnitur, ſe multum damnum arbitretur ſuſtinuiſſe. Impaſsibilitas autem eſt, à vitiis & paſsionibus libertas, cordis munditia, & virtutum ornatus. Aeſtima te igitur tam mortuum, quàm non ambigis de neceſsitate moriturum. Et poſtremum argumentum omnium cogitationum, locutionum, operum tuorum;an ſecundum Deum ſint,ſit tibi indicium hoc, videlicet ſi in his

magis

magis humilis,&intra te,& in Deo plus recollectus,& confortatus fueris. Si autem aliter in te repereris, ſuſpectum tibi ſit, ne non ſit ſecundum Deum, nec ſibi acceptum,nec tibi proficuam.

Prouidentia Dei,qualiter ad omnia ſe extendat. Cap. *XVI.*

VEruntamen, vt iuxta præfata ſine impedimento expedite,ſecure, & nude in Dominum Deum noſtrum libere & tranquille feramur,coniũgamur,& vniamur,eique firmiter adhæreamns, æquanimiter in proſperis & aduerſis, in vita ſiue in morte, opus eſt, vt cuncta & ſingula indiſcuſſæ ſuæ infallibili prouidentiæ, indubie committamus & certiſsime.Nec mirum,cũ ipſe ſolus ſit qui omnibus dat eſſe, poſſe,& operari,id eſt ſubſtantiam, virtutem,& operationem, ſpeciem, modum,& ordinem in numero,pondere,& menſura,Præſertim cum ſi-

cut opus artis præſupponit opus naturæ; ita opus naturæ præſupponit opus Dei creantis, conſeruantis, ordinantis, & adminiſtrantis, eo quòd ipſius ſolius ſit infinita potentia, ſapientia, bonitas, & eſſentialis miſericordia, iuſtitia, & veritas, charitaſque immutabilis, æternitas, & immenſitas. Nulla ergo res poteſt propria virtute ſubſiſtere, nec agere, niſi agat in virtute ipſius Dei, ſcilicet primi mouentis, primi principij, quæ eſt cauſa omnis actionis, & operatur in omni agente. Quippe quantum ad rationem ordinis pertinet, Deus immediate omnibus prouidet, & vſque ad vltima ſingularia. Nihil igitur à maximo vſque ad minimum ſempiternam Dei prouidentiam effugit, nec declinat, etiam ſiue in naturalibus, ſiue in voluntariis, ſiue in caſualibus, ſiue in fortuitis, ſiue in de ſe intentis. Sed nec aliquid Deus facere poteſt, quin ſub ordine ſuæ prouidentiæ cadat, ſicut non poteſt facere aliquid,

quod

quod eius operationi non ſubdatur. Extendit igitur ſe prouidentia diuina ad omnia & ſingula etiam vſque ad hominum cogitata. Qua de re ſcriptura, iuxta illud primę Petri v. Omnem ſollicitudinem veſtrã proiicientes in eum, quoniam ipſi cura eſt de vobis, Et rurſum Propheta: Iacta cogitatum tuum in Domino, & ipſe te enutriet. Et Eccleſiaſtici ſecundo: Reſpicite filij hominum, & ſcitote, quia nullus ſperauit in Domino & confuſus eſt, permanſit in mandatis eius, & derelictus eſt. Et Dominus ait: Nolite ſolliciti eſſe, dicentes: quid manducabimus, &c. Quicquid ergo, & quantumcunque magnum à Deo ſperare poſſumus, erimus ſine dubio accepturi, ſecũdum illud Deuteronomij 5. Omnem locum quem calcauerit pes veſter, veſter erit. Quia quantuncunque deſiderare quis poterit, tantum eſt accepturus: & quatenus fiduciæ pedem porrexerit, eatenus poſſidebit. Vnde Bernardus: Auctor

omnium Deus, tantæ abundat viſceribus pietatis, vt ad quantamcunque gratiam fiduciæ ſinum extendere poterimus, tantum erimus (ſine dubio) accepturi. Vnde Marci 11. Quæcunque orantes petitis, credite quia accipietis, & eueniẽt vobis. Porro quanto hæc fiducia in Deum ſortior eſt & inſtantior, & quantò in Deo cum humilitate, & reuerentia ſe violentius erigit, tanto ſecurius, & abũdantius, & citius, quod ſperabat impetrabit ac obtinebit. At vero ſi inter hæc propter multitudinem, ac magnitudinem peccatorum fiducia in Deum ſe eri gere, tependo retardat: animaduertat qui huiuſmodi eſt, quòd omnia poſſibilia ſunt apud Deum, & quod vult neceſſe eſt quòd fiat, & quod non vult, impoſſibile eſt vt fiat. Et quod iam facile eſt ei, tam innumerabilia peccata, quantumcunque enormia remittere, & delere, ſicut vnum peccatum. Et ſicut peccator non poteſt, quantum in ſe eſt, ab innume-

numc-

numerabilibus peccatis ſurgere, & ſe ab eis, excutere, & abſoluere, ſic nec ab vno peccato. Non enim poſſumus non ſolum facere, ſed nec cogitare bonum à nobis, quaſi ex nobis ſed hoc ex Deo eſt. Attamen vtique multo periculoſius eſt, pluribus irretitum eſſe peccatis, cæteris paribus quam vno ſolo. Quia nullum malum impunitum: & cuique peccato mortali debetur infinita pœna, & hoc de rigore iuſtitiæ eo quod quodlibet tale peccatum ſit contra Deum, qui eſt actu infinitæ reuerentiæ, dignitatis, & honorificentiæ. Præterea ſecundum Apoſtolū, Scit Dominus qui ſunt eius & impoſſibile eſt aliquem illorum perire, inter quoſcunque anfractus, & fluctus errorum, ſcandalorum, ſchiſmatum, perſecutionum, diſcordiarum, hæreſum, tribulationum, aduerſitatum, atque tentationū qualiumcunque, eo quòd numerus electorum ſuorum, & terminus meritorum ſit æternaliter, & immutabiliter

liter ab eo præciſus, in tantum, vt etiam omnia bona & mala, propria & aliena, proſpera, & aduerſa eis cooperantur in bonum, niſi fortè in hoc quod glorioſiores, & probatiores appareant in aduerſis. Secure ergo & expedite ſingula & cuncta cõmittamus, plena cum fiducia, diuinæ prouidentiæ, quæ idcirco permittit mala qualiacunq. qualitercunque fieri: & bonum eſt, & bene fit, vt ſinat ea fieri: nec fierent niſi permitteret ea fieri, nec aliter, nec plus fieri poſſunt, niſi in quantum permittit, quia ſcit, poteſt, & vult ea in melius conuertere & diſponere. Sicut enim eius operatione, omnia bona fiunt: ſic eius permiſsione omnia mala, bona fiunt: vt certe ex hoc appareat eius potentia, ſapientia, clementia per reparatorem Chriſtum, miſericordia & iuſtitia, virtus gratiæ, & defectus naturæ, pulchritudo vniuerſi comparatione oppoſitorum, laus bonorum, reproborum malitia atque pœna. Similiter

in

in peccatore conuerſo contritio, cõfeſsio, & pœnitentia, manſuetudo Dei, pietas, & charitas, lausq; eius, & bonitas. Non tamen eis ſemper cedit in bonum, qui male agunt; ſed vt communiter in periculum magnum, & maximum malum, priuationis ſcilicet gratiæ, & gloriæ, & incurſionis culpæ, & pœnæ, nonnunquam etiam æternæ, à qua nos cuſtodiat IESVS CHRISTVS. Amen.

FINIS.

TABVLA PRIORIS LIBRI NEMPE DE VIRTVTIBVS.

	caput.	folium.
Abſtinentia.	7.	30.
Caſtitas.	6.	25.
Charitas.	1.	1.
Compaſſio.	12.	51.
Concordia.	15.	63.
Confeſſio.	40.	165.
Conf. Alb. ad Deum.	70.	175.
Confidentia.	36.	146.
Congratulatio.	35.	143.
Conſtantia.	16.	66.
Contemplatio.	33.	131.
Contemptus mundi.	37.	153.
Contritio.	39.	159.
Diſcretio.	34.	138.
Fides.	20.	79.
Fortitudo.	9.	40.
Gratitudo.	25.	98.
Humilitas.	2.	8.
Iuſtitia.	10.	43.
Largitas.	17.	70.

Læti-

	caput.	folium.
Lætitia.	23.	90
Libertas.	27.	107
Maceratio.	38.	156
Manſuetudo.	19.	77
Maturitas.	29.	116
Miſericordia.	14.	58
Obedientia.	3.	12
Patientia.	4.	17
Paupertas.	5.	21
Pax.	13.	54
Pœnitentia.	41.	166
Perſeuerantia.	42.	171
Prudentia.	8.	35
Religio.	28.	111
Simplicitas.	30.	119
Solitudo.	32.	127
Spes.	21.	82
Taciturnitas.	31.	123
Temperantia.	11.	47
Timor.	22.	85
Triſtitia.	24.	94
Veritas.	18.	73
Zelus animarum.	26.	102

13

DE DIVINIS MORIBVS OPVSCVLVM.

Quod inter D. Thomæ Opuſcula

Sexageſimum ſecundum numeratur.

PERFECTI eſtote ſicut & pater veſter cæleſtis perfectus eſt. Mat. 5
In ſacra ſcriptura nihil nobis impoſſibile conſulitur vel præcipitur. In hoc verbo Domini Ieſu non ſunt nobis præcepta facta diuina, vel mores diuini, ad quos nemo perfecte poteſt attingere; ſed inuitamur vt ad eos imitandos pro poſſibilitate noſtra accedere ſtudeamus: quia

hoc poſſumus, mediante gratia, & debemus. Et nihil dignius, vt dicit Ioan. Epiſcopus, quam vt homo ſui conditoris ſit imitator, & ſecundum modum propriæ facultatis executor.

Deus immutabilis eſt.

1 EST igitur vnus mos ſiue perfectio in Deo quod immutabilis eſt in ſua natura ipſo teſtãte in Pro
Malach. 3 pheta. Ego sũ Deus & nõ mutor: &
Iac. 1. Beatus Iacobus. Apud quem nõ eſt tranſmutatio. Et ideo immutabili. ſunt opera eius ſecundũ eſſentiam ſcilicet angelus, anima, cælum, & quatuor elementa: Et ſi quandoqu mittat angelos, quãdoq; nõ mittat aliquãdo ſubtrahat gratiam hominibus, aliquando conferat; quãdoq peccata vindicet, quandoq; diſſimulet: mutabilitas eſt in creaturis, nullatenus in creatore. Præcipue vero in nouiſſimo die ordinatio ſua

circa

circa bonos & malos immutabilis
permanebit, cum bonis mercedem
ſupra meritum, malis pœnam citra
merita menſurabit. Sic & nobis ſtu 2
dendum eſſet ad mentis conſtantiã:
vt nec aduerſis fracti, nec proſpe-
ris illecti, aliquatenus a via recti-
tudinis flecteremur: ſic beatus Iob. *Iob* 2.
Iuſtificationem, inquit, quam cœpi
tenere non deſeram; ſed & Apoſto- *Rom.* 8
lus: Certus ſum quod neque mors,
neque vita &c. poterunt nos ſepa-
rare a charitate Dei. Sed heu ni-
mis inconſtantes ſumus in ſanctis
meditationibus, ordinatis affectio-
nibus, in conſcientiæ ſecuritate, in
recta voluntate. Heu quam ſubi-
to mutamur de bono in malum, de
ſpe in timorem iniuſtum: & econ-
trario de gaudio in dolorem iniu-
ſtum, & de taciturnitate in loqua-
citatem, de maturitate in leuita-
tem, de charitate in rancorem,
vel inuidiam, de feruore in acci-
diam, de humilitate in vanam glo-
riam vel ſuperbiam, de manſuetu-

dine in iram, de ſpirituali lætitia, vel amore in carnalem: ita quod numquam vno momento in eodem
3 ſtatu ſtabiles permanemus. Niſi ꝙ heu conſtantes ſumus in inconſtantia, in infidelitate, in ingratitudine, in ſpiritualibus defectibus in imperfectione, in temporis amiſſione, in leuitatibus, in cogitationibus, & affectionibus impudicis. Inſtabilitas autem exteriorum ſenſuum & membrorum, mutabilitatem indicat affectionum & motuum interiorum. Ad hoc tamen merito nitemur, vt nos frequenter vno eodemque modo, ideſt mature & benigne in ſtatu, in inceſſu & in omni cōuerſatione noſtra æqualiter habeamus.

Bonum Deo placet.

4 ALIVS eſt mos in Deo, ſiue perfectio quod omne bonum illi ex natura placet omni tēpore, & omni loco, ſiue in angelis, ſiue in hominibus, ſiue in alijs creaturis, ſiue

ſit

ſit bonum naturale corporis, vt eſt 5
pulchritudo, fortitudo, ſuauitas, naturalis maturitas: aut animæ, vt eſt ingenij perſpicacitas, tenax memoria, ſubtilis intelligentia, naturalis bona voluntas, arbitrij libertas & ſimilia: ſiue bonum gratis datum, vt eſt bene legere, bene cantare, bene prædicare, facundum, continentem, abſtinentem eſſe, compoſitos mores habere, & ſimilia: ſiue bonū gratuitum, quod maxime Deo placet, vt eſt fides, ſpes charitas, humilitas, patientia, obedientia, miſericordia, veritas, temperantia, iuſtitia, prudentia, & ſcientia.

Item omne malum illi diſplicet 6
ſemper & vbique in quolibet; ſicut enim iuſtitia iniuſtitiæ, mūditia immunditiæ inimica eſt: ita diuinæ bonitati malitia cōtraria eſt, quia bono gratiæ priuat vel diminuit quod bonus Deus naturæ contulit. Similiter nobis placere debet omne bonum ſemper, & vbique, & in qualibet creatura, & deberemus bonum

ſolicite tueri & fouere: omnibuſque bonum impugnantibus audaciter
7 reſiſtere: malum quoque ſemper & vbique ex corde deteſtari, & quantum poſſumus quocunque cōſilio impedire propter iniuriam Dei, & damnum proximi; & multo amplius propter contumeliam Creatoris quam propter periculum hominis. Sed heu frequenter res vertitur in contrarium: Cum enim laudatur quis, vel diligitur ob gratiam humilitatis, religionis, deuotionis, prædicationis, vel alterius gratiæ, & nos ex hoc triſtitiam cōcipimus, vel illius gratiā diminuimus: quid aliud quam quod bonum nobis non placeat, demōſtramus? Aut cū quis ocioſa loquitur, detrahit, ridet, & alias leuitates ſeu peccata committit, & nos cōridemus, colloquimur, aut cum delectatione cordis talia mala videmus & audimus, quid aliud facimus, niſi quod mala nobis non diſplicent, teſtes ſumus?

ALIVS mos ſiue perfectio eſt in Deo, quod omnia futura bona & mala prudenter præuidet, & antequam omnia fiant cognoſcit: & quid boni, & quid mali poſſit ex eis oriri diſcernit: ſicut caſum angeli & primi hominis præſciuit, & tentari permiſit, & quid ſequi potuit præcognouit, ſcilicet generis humani interitũ, & quid boni, ſcilicet filij Dei incarnationem, & ex hac vnione maiorem futurã quam ante, hominis glorificationẽ. Similiter præuidẽda nobis eſſent omnia verba & opera noſtra, motus, & inceſſus noſtri: & quid boni quid mali nobis, quid ſcãdali, quid emendationis ex ipſis alijs poſſit euenire. 8

Item præcogitandum eſſet ſi tentationes fortaſſis in futurũ inſurgerent, ſiue a dæmonibus, ſiue ab hominibus amicis carnalibus, ſiue ſpiritualibus, qualiter reſiſtẽdum, qualiter tolerandum, qualiter euaden- 9

dum: quia minus feriunt iacula quæ præuidentur.

10 Item præuidẽdum quid futurum in ſeparatione corporis & animæ, quãtus dolor imminet corpori, quã tus timor animæ, quãtum periculũ.

11 Item vbi manendum, cum Deo, vel cum diabolo: in cælo, vel in inferno: quanta iucunditas cum Deo manentibus, quanta infelicitas ab ipſo recedentibus. Vtile eſſet omnibus in mente iugiter hæc verſari: ideo Moyſes optauit. Vtinam ſaperent & intelligerent & nouiſſima prouiderent.

Deut. 32.

Deus patiens eſt.

12 ALIVS mos ſiue perfectio eſt in Deo quantũcunque a creatura ſua offenditur & contemnitur: nunquam tamen ipſam naturam odit, ſed vere eam diligit & bonum eius feruenter deſiderat; licet malum eius deteſtetur: & prouidet ei temporalia abſque ſuo deſi-

deri⸗

derio & ſpiritualia ſi ea cōcupiſcit:
Facit enim ſolem ſuum oriri ſuper *Mat.* 5
bonos & malos, & pluit ſuper iu-
ſtos, & iniuſtos. Ad hanc perfectio 13
nē ſimiliter tendere deberemus: vt
quantumcunque nos homo læderet
nūquam tamen naturā ſuam odire-
mus, ſed omne bonū ei optaremus,
& quantumcunque corporale, vel
ſpirituale auxilium à nobis expecta
ret, ſubſidium a nobis protinus in-
ueniret. perfectum enim odium ha *Pſ.* 138
bet Deus. & nobis licitum eſt, vt nō
propter hominis dilectionem vitia
diligamus, nec propter deteſtatio-
nem vitiorum naturam hominis de-
teſtemur, ſed naturam diligamus
vitia deteſtantes.

Iuſtitia Dei.

ALIVS mos in Deo quod nun- 14
quam ex parte ipſius vnus de
alterius malitia recipit detrimen-
tum. nihil enim nocet ſancto Mi- 1
chaeli caſus Luciferi: nec Iudæ ma-
litia

litiã beato Petro charitatem dimi-
15 nuit. Sed heu nos miſeri vnius re-
ligioſæ perſonæ exceſſum in totum
clauſtrum refundims, immo in to-
tum Ordinem: ſed & omnes reli-
gioſos pro peccato vnius penitus
condemnamus: & ſi ab vno inimi-
co noſtro lædimur, totã progeniem
& multos pauperes innocẽtes per-
ſequimur, & amicos & familiares
ipſius, quantum poſſumus, indebite
16 moleſtamus. quod Dominus in le-
Ezech. 18. ge prohibuit dicens: non portabit
filius iniquitatem patris, nec pa-
ter iniquitatem filij: ſed vnuſquiſ-
que onus ſuum portabit dicit Apo-
Gal. 6. ſtolus. Heu quoties contingit cum
aliquis turbatus eſt quod etiam ip-
ſe Deus, licet immerito, de hoc fre-
quenter reçipit detrimentum, ex eo
quod tunc non vult cantare, vel ſtu-
dere, nec legere, nec orare,

Rectitudo Dei.

17 Alivs mos eſt in Deo quod
nunquam propter miſericor-
diam

diam iuſtitiam deſerit, nec propter iuſtitiam miſericordiam derelinquit. Nunquam enim aliquem iudicat vel condemnat ſine miſericordia, nec alicuius miſeretur ſine iuſtitia. Sed nos miſeri cum iuſtitiam ſeruare contendimus miſericordia extinguitur; & cum alicui miſericordiam exhibemus, iuſtitia penitus ſepelitur: licet ſcriptura vtrumque ſimul cōmendet, ibi: Miſericordia & veritas non te deſerāt, & Pſal. Miſericordiā & iudiciū, &c. *Prou.3* *Pſ.100*

Patientia Dei.

18 ALIVS mos eſt in Deo cum omnes ſancti, & omnes creaturæ aliquando clament vindictam Dei contra peccatorem, ſicut in Apoc. legitur quod omnes clamabāt: Vſquequo domine verus & ſanctus nō iudicas & vindicas ſanguinem noſtrum de his qui habitant in terra? Deus tamen patienter & miſericorditer expectat peccatorem vſque *Apoc.6*

ad

ad mortē, vt miſereatur eius; ſi conuerti velit a via ſua mala: quia non delectatur miſericors Deus in per-
19 ditione viuorum. Sed nos impatientes in momento, antequam
Pſ. 93. ad plenum fodiatur peccatori fouea, maledicentes & vindictam clamantes eum proponimus ſepelire: improperantes Deo, quare tamdiu ſuſtineat peccatorum malitiā contra bonos, non conſiderantes quanta bona ſapiens Deus ordinauit de malitia impiorum: quia tantum laudandus eſt Deus, & tantę miſericordię eſt, ſuſtinere malum in malitia, ac ſi mundum conſeruaret a peccato, vel eriperet a peccatis. Hoc enim commendat omnipotentiam ſuam. Non enim eſt magnæ potentiæ iniquum in foueam inferni demergere, ſed miſericordiam ſuam parcēdo maxime & miſerando manifeſtare.

Liberalitas Dei.

20 ALIVS eſt mos Dei ſiue perfectio quod creaturis communicat

nicat quicquid communicabile & ab eis receptibile eſt, etiam ſingulis momentis communicat, cum habilitatem inuenit, licet videat in eis non proficere. Humanam naturam vniuit cum filio ſuo in vna perſona, quod maximum eſt, & animam creauit capacem Trinitatis, præter alia dona ſpiritualia, reficiens eam carne & ſanguine dilecti filij ſui.

Item nihil incommunicatum reliquit: hoc eſt proprium diuinę bonitatis. nam quod ſibi naturale eſt, communicauit Deus per gratiam creaturis: angelis cõmunicauit beatitudinem numquam expertis miſerias: choro Apoſtolorum poteſtatem, vt quicquid ſoluant vel ligent in terra ſolutum & ligatũ ſit in cælo: choro Prophetarum ſapientiam prænoſcendi futura omnia quæcunque facere diſpoſuit: choro martyrum fortitudinem contra aduerſa: choro confeſſorum inter proſpera, & aduerſa conſtantiam: choro 21

virginum continentiam inter car-
nis illecebras.

Item quibuſdã ſpecialiter com-
municauit aliquid quod habet ex
natura, vt Abrahæ largitatẽ: Moyſi
manſuetudinem qui mitiſſimus ho
minum fuit: Ioſepho prouidentiam
ſuper Egyptum: Sanſoni fortitudi-
nem: Heliæ zelum iuſtitiæ: patien-
tiã Iob & Thobiæ: Heliſeo mortuo
rum ſuſcitationem: Danieli iudicij
diſcretionem: Samueli fidelitatem:
Dauid contra perſequentes miſe-
ricordiam: Salomoni prudentiam.
Ioan. Baptiſtę ſanctitatis, & verita-
tis amorem: Beatæ Virgini humi-
litatem: Petro charitatem: Ioanni
Euangeliſtæ caſtitatem: beato Pau
lo zelum animarum & cognitionẽ
ſupernorum: ſinguli in iſtis alijsque
excellebant: licet omnes eadem ha
32 berent. Sic nos inuicem commu-
nicare debemus non ſolũ oculos ad
videndũ pro alijs: aures ad audien-
dum confeſſiones, os ad prædican-
dum, & ad dandũ conſilia, pedes ad
ambu-

ambulandum, cor ad meditandum
pro aliorum ſalute: verumetiam
quicquid habemus in ſpiritualibus
ſiue in temporalibus: quicquid poſ-
ſumus exterius per opera, intus per
deſideria: & quicquid ſumus in cor
pore, & in anima, debemus ſingulis,
tam qui ſunt in purgatorio, quã qui
nunc viuunt & poſtmodum erunt,
vt ſecundum voluntatem Dei vi-
uant in præſenti, & in futuro.

Placabilitas Dei.

ALIVS eſt mos Dei quod gra- 23
ues & multas iniurias ſuas ſta
tim paratus eſt remittere cum quis
firmiter ceſſare, & veraciter ſe emẽ
dare proponit: immo propter vni-
cum gemitum cordis contriti obli-
uiſcitur: ſicut dicit ſcriptura, quod *Ezec.*
poſtea numquam damnat vlciſcen- 18.
do, ſi ſic permanſerit, nec imprope
rat confundendo, nec minus diligit
imputando, nec alienatur eidem fa
miliaritatẽ ſubtrahendo. Nos vero 24

miſeri cum veſtigia Dei ſequi merito deberemus. vix etiam vmquam petenti veniam, & pro poſſe ſatiſfaciēti volumus ex corde modicam iniuriā ſemel nobis illatā dimittere: nec vix vmquam eius obliuiſcimur: quoniam de ſuo incommodo gaudemus, & ſi contingit aduerſitas minime dolemus, aut minus quam ante diligimus, aut ſi non improperamus illatam injuriā, vel non conquerimur, quæ duo rara ſunt, familiaritatem tamen noſtram ipſi ſubtrahimus, & conſilium, aut auxiliū neceſſitatis tempore denegamus, cum etiam veniam non petēti, nec emendam exhibēti, merito parcere deberemus exēplo Ieſu Chriſti qui pro crucifixoribus ſuis veniam non petentibus, ſed irridentibus exo-
25 rauit: cum nihil faciat Deo ſic ſimilem, ſicut dicit Chryſoſt. quemadmodum malignis, & lædentibus eſſe placabilem, cum ſit cumulus perfectionis inimicos diligere, & pro ipſis orare, ſicut Dominus Ie-

ſus fecit:ſicut dicit Gloſſ.ſuper Mattheum.

Miſericordia vel ſufficientia Dei.

ALIVS eſt mos in Deo quod a 26
nemine quicquam exigit ſupra poſſe in ieiunijs, orationibus, vigilijs eleemoſynis, caſtigationibus corporalibus, diſciplina regulari & ſimilibus; & ſi deficit in magnis operibus ad diluenda peccata, ſufficit Deo in minimis, ſcilicet in lachrymis ex corde procedentibus, vt de Ezechia legitur, cuius lachrymas reſpexit domin⁹, & quindecim annos illi adiecit, mutans ſentétiã mortis quã protulerat ꝑ Prophetã: ſimiliter lachrymas beati Petri pro peccato grauiſſimo miſericorditer exaudiuit, cũ exaudito gallo fleuit amare pro peccato negationis. Si 27
vero lachrymas quis habere nõ poſſet ſufficit Deo in verbo ex corde contrito veniéti, ſicut legitur de latrone qui cum diceret Domino.

Memento mei &c. reſpondit. Ho-
28 die mecum eris, &c. Si vero vſum
linguæ amitteret, gemitum cordis
contriti pro pleno Deus reciperet,
Ezech. ſicut dictum eſt. Quacunque hora
18. peccator ingemuerit omnium ini-
quitatum eius non recordabor: ſed
ſi infirmitas omnium membrorum
vſum abſtuliſſet, quod nec mem-
brum mouere poſſet, nec geme-
re præ debilitate adhuc ſufficeret
Deo in bona & ſincera hominis vo
luntate pro offenſa grauiſſima.

Item & nos a nullo amplius de-
ſiderare quicquam debemus, ſiue
ſeculari, ſiue religioſo, quãtumcun
que ſit aſtrictus voto, ſi fideliter fe-
cerit pro ſuo poſſe.

Compaſſio Dei.

29 ALIVS mos eſt Dei quod nulli
imputat defectus corporis na
turalis, ſicut eſt cecitas, ſurditas,
membrorum deformitas qualiſcun
que: vel defectus naturales in ani-
ma

ma, ſicut eſt ſtoliditas, defectus intelligentiæ, ingenij, memoriæ, rationis, aut timor naturalis. Propter huiuſmodi defectus Deus neminem abijcit, aut contemnit: ſed defectus ſpirituales, quos auxilio Dei ex facili quilibet poſſet vincere grauiter imputat, ſcilicet magnitudinē quorumlibet donorum, appetitum ſuperfluorum, triſtitiam de profectu bonorum, gaudium de afflictione iuſtorum, bonorum operum peruerſionem, ſeu deteſtationem, bonæ famæ aliorum denigrationem, vel diminutionem, priuatum amorem firmiter tenere, ſingularē ſenſum nullatenus relinquere, ad placentiam hominum frequenter ſtudere, odire correctionem, amare adulationem, quærere extraneas conſolationes, fouere carnales affectiones, & ſimilia. Ita & nos neminem debemus 30
deſpicere ſi non eſt in eo ſanitas, membrorum integritas, corporis fortitudo, formæ pulchritudo, eloquentia, vocis habilitas ad cantan-

dum & legendum, quæ nullus per ſe habere poteſt, ſed pro habentibus Deo gratias agere, pro non habentibus patiētiam habere,& quantum poſſumus defectus eorum ſupplere.

Largitas Dei.

31 ALIVS mos eſt in Deo quod vnicuique gratiam præſtat ſecundum ſuam capacitatem,ſicut legitur in Euangelio: Quia vni dedit quinque talenta,alij vnum,vnicuique ſecundum propriam virtutem: vnde quanto magis cor hominis per charitatem Dei, & proximi dilatatur,& quanto amplius per bonas meditationes,per feruētes orationes, per iuſta deſideria, per opera humilitatis, & ſupererogationis habilitatur,tāto maiorem gratiam Deus omnipotēs elargitur, & quanto diligentius collata gratia conſeruatur, & ea quiſque vtitur ad laudem Dei, & vniuerſitatis vtilitatē, tan-

tanto plus ad vberiorem gratiã præ paratur in præſenti, & gloriam in futuro. Dilatãdum eſt igitur cor no 31
ſtrum & frequenti deſiderio præparãdum, vt Deus diues in omnes qui *Rom.*
inuocant illum ſecundum ſuam ma 10.
gnificentiam abundanter ſuper nos poſſit effundere gratiã ſuam. Quem cunque etiam contingit diſpenſare bona ſpiritualia in prædicatione, & in conſilijs, aduertat diligẽtiſſime, ne ſanctum det canibus, & margaritas proijciat ante porcos, ſed
dies diei eructet verbum, & nox no *Pſ.* 18.
cti indicet ſcientiam: hoc eſt perfectis perfectiora, imperfectis minus perfecta tamquam prudens diſpen-
ſator prouideat: ſicut Apoſtolus; Sa 1. *Cor.*
pientiam loquatur inter perfectos, 2.
ſed ſimplicibus, niſi Ieſum Chriſtum, & hunc crucifixum. Temporalia vero vnicuique indigenti ſecundum capacitatem, ideſt ſecundum puram neceſsitatem, & non amplius, ſubminiſtret.

34 ALIVS mos eſt Dei quod ab eo Apoſtolus plus exigit cui plus cõmittit, ſicut dicitur in Euãgelio.
Luc.12 Luc. Cui enim abundantius prouidet in temporalibus, ab eo exigit vt abundanter procuret eleemoſynas pauperibus, & cui maiorem confert ſanitatem, & corporalem fortitudinem, ab eo ieiuniorum, vigiliarum, orationum, peregrinationum, & bonorum operum magis expedit exercitium. Item cui plurima & grauia peccata dimittit, ſeu a peccato cuſtodit, maiorem dilectionem, & digniores pœnitentię fructus ab eo requirit. Item cui excellentiora dona gratuita, ſcilicet virtutes; & meliora naturalia, ſcilicet ingenium intellectus, memoria, voluntas, arbitrij libertas & membrorum integritas; & ſpiritualia plura, & digniora, ſcilicet deuotio, ſecuritas conſcientiæ, frequentior confidentia, ſpirituale gaudium, maturitas ſermonis

ad perfectionem fidelitas, diligentia ad bona opera, pura intētio, zelus animarum, feruor orationis, a Deo frequētius conceduntur, ab eo frequentiores gratiarum actiones merito exquiruntur. Item quem plus benignus Deus ad cognitionē bonitatis, æternitatis, immēſitatis, omnipotētiæ, largitatis, charitatis, ſapiētiæ, miſericordiæ, iuſtitiæ, veritatis, fidelitatis, patientiæ, humilitatis, ſuauitatis, & nobilitatis ſuæ plenius, & frequentius admittit ab ipſo abundantiorem laudem, frequentiorem, & feruentiorem requirit. Item quem ad quærendam, & cognoſcendam maiorem perfectionem illuminat, vt eam opere compleat, & in cognitam magis, ac magis proficiat ab ipſo magis expoſtulat, nihilominus neceſſe eſt, vt ipſe ad eandem cognoſcendam, & imitandam verbis, & exemplis orationibus, & deſiderijs quoſcũque habiles cognoſcit quantum poteſt inducat. Prouidendum igitur nobis eſt, 35

Matt. 25. vt ſingularia prædicta dona nobis
commiſſa cum vſura domino refera
Luc. 23 mus, ne in ratione reddenda quod nobis cõmiſerat, auferri iubeat, & cum ſeruo pigro recondente domini talentum in ſudario, in tenebras nos miſerabiliter mitti iubeat exteriores.

Iuſtum iudicium Dei.

36 ALIVS eſt mos Dei quod facta
1. Reg. 16. hominum non iudicat, ſicut apparent exterius, ſed ſecundum intentiones cordium interius omnia diſcernit in ſua immenſa, & ineffabili ſapientia: ideoque opera ſecundum intẽtionem punit grauiter vel remúnerat excelleter. Similiter ſecundum viſionem oculorum, aut ſecundum auditum aurium iudicare non conuenit opera hominum: ſed ſiue benignum vultum ſiue ſerioſum nobis oſtendant, ſiue blande, ſiue aſpere nobis loquantur, ſiue dent munuſcula, ſiue non dent in

om-

omnibus quantum poſſumus, non tantum quod fiat, ſed etiam qua in tentione fiat ſtudeamus aduertere, & ſecundum talem intẽtionem regere nos debemus. Potius autem ſu 37
ſtinẽda ſunt ab amicis veris qui bona intentione emendãdi gratia dura verba loquuntur, quam blanda verba, & dulcia ab eis qui non vere diligunt, nec aliquem fructum intendunt, ſed tantum placere contendunt, quia meliora ſunt vulnera
diligẽtis dicit Salomon quam fraudulenta oſcula odientis. *Prcu.* 27.

Veritas Dei.

ALIVS mos eſt in Deo ſiue per 38
fectio quod verax eſt in promiſſis. Facilius eſt enim ipſo teſte cælum & terram trãſire quam vnicum verbũ ſuum falſificari vel mutari: non enim accepit dominus Ieſus verba in vento, ſicut nos facimus, ſed ſingula verba, quæ loquebatur in tempore dicta ſunt ab

æterno in ſua ſapientia:ſicut autem
verificauit verba prophetarum ar-
dua de ipſo prædicentium , ſcilicet
Incarnationem, Natiuitatem, Re-
ſurrectionem, Aſcenſionem, Spiri-
tuſſancti miſſionem : ita complebit
Reſurrectiónem generalem promiſ
ſam,& iudicium futurum, & ſoluet
promiſſum pauperum cum eos ad
iudicãdum duodecim tribus Iſrael
in iudicio ſuper ſedes duodecim ſu
blimabit, & promiſſum lugentium,
cum ipſos ſicut mater filios perſo-
naliter conſolabitur , & promiſſum
humilium & ſuperborum, cum eos
ſecundum quod humiliati & deſpe
Apoc. cti ſunt exaltabit, & ſuperbos quan
18. tum ſe glorificauerũt humiliabit,&
promiſſum oppreſſorũ cum de mãn
dato Dei colla opprimentiũ concul
cabit:nam fidelis Deus in omnibus
verbis ſuis , & quæcunque promiſit
39 potens eſt facere.Sic & nos veraces
eſſe decet , vt promiſſum quo nos
in baptiſmo patrini noſtri obliga-
uerũt fideliter ſeruaremus , ſcilicet

tene-

tenere totam fidem catholicam, &
renuntiare diabolo,& pompis eius,
implere decem præcepta. Inſuper
quæ poſtea ſponte promiſimus, ſiue
obedientiam,ſiue continentiam, ſi-
ue abſtinentiam,ſiue religionem,&
ſimilia. Item veraces eſſe debemus
ad proximũ, vt ſit ſermo noſter eſt:
non eſt, ideſt omne quod loquimur
corde intendamus, vt ſi quicquam
alicui promiſimus,aut ſi alicui mor
tuo, aut viuo in aliquo obligati ſu-
mus, ſoluere non tardemus:quia ve Pſ. 30.
ritatem requiret Deus,& retribuet
abundanter veritatem contemnen- 40
tibus: Heu heu quam odioſa eſt ve-
ritas quæ optima eſt per quam eſt
omnis ſalus, qui autẽ odit veritatẽ
odit Chriſtum,immo etiam ſunt ve
ritatis proditores,vnde Ioan.Chry
ſoſt. Non ſolum ille proditor eſt ve
ritatis,qui palam pro veritate men
dacium loquitur,ſed etiam ille qui
veritatem libere non pronuntiat,
quam libere pronuntiari oportet,
aut non liberæ veritatem defendit

quam liberè defendi conuenit proditor veritatis.

Deus non eſt perſonarum acceptor.

41 ALIVS mos eſt in Deo quod nõ eſt perſonarum acceptor, ſi-
*Act.*10 cut dicit Apoſtolus. Neque enim in veteri lege potentes & nobiles, ſed humiles conſtituit iudices ſuper populum ſuum, ſicut Moyſen, Ioſue, Gedeon, & ſimiles; neque poſtea elegit ad regnum potentes, & nobiles, ſed de humili ſtirpe Iemini Saul filium Cis, & Dauid minimum inter fratres de paſcuis ouium in regem ſublimauit. In primitiua etiam Eccleſia non potentes, ſapientes & nobiles, ſed piſcatores ignobiles conſtituit principes ſuper omnem terram, ipſis regimen Eccleſiæ committendo, & quæ ſtulta ſunt mundo elegit, ſcilicet idio-
1.*Cor.* tas vt confundat ſapientes: ſicut di-
1. cit Apoſtolus. Item hodie nulli
42 confert gratiam gratuitam propter poten-

potentiam, nobilitatem, fortitudinem, aut pulchritudinem corporalem, ſed in omni gente, quæ timet Deum, & operatur iuſtitiam acceptus eſt illi: ſicut dicit Petrus. Nec *Act.* 10
ſolum diuites, potentes, & formoſos vocat ad cælum, ſed etiam pauperes, cæcos, claudos, debiles, infirmos & ignobiles compellit intrare; & humiles perſonæ maximè proficiunt in Eccleſia Dei, & in gratijs ſpiritualibus abundant. In poſtremo etiam iudicio perſonas regum, & principum non accipiet. Sed magnum, & paruum æqualiter iudicabit, nec ſecundum priorem nobilitatem, aut pulchritudinem; ſed ſecundum humilitatem, charitatē vnumquemq; in glo- 43
ria ſublimabit. Similiter nec nos perſonam cuiuſque debemus accipere: quia vt dicit Gregorius; Hominem ad hoc, quod homo eſt, id eſt, quia ad imaginē Dei factus eſt debemus honorare, non ob aliquid quod circa ipſum eſt, ideſt propter

diui-

diuitias veſtes prætioſas, potentiã, nobilitatem, amicorum & cognatorum multitudinem, Nam acceptio perſonarum in ſacra ſcriptura pro magna imperfectione reputa-
44 tur. Abſit etiam vt prædicator vitam diuitum, nobilium, & potentiũ, habentiũ hic conſolationem ſuam, in prædicatione commendet: vitam vero pauperum, & afflictorum hic gementium irrationabiliter reprehendat. Abſit etiam vt confeſſor propter iuuentutem, pulchritudinem, potẽtiam diuitias & nobilitatem, & propter ſuum lucrum, & cõmodum potius vnũ audiat quam aliũ, vel ad ipſum eat cum labore, aut plus temporis expẽdat cum ipſo quam cum ſene, paupere, infirmo, ignobili, qui forte amplius indigeret, nam talibus hac intentione amplius eſt inſiſtendum, quia poſſunt magis, quam alij peccare, & plures ad peccandum inducere.
45 Abſit etiam vt dantes eleemoſynas pauperum perſonas accipiant, ſed

vbi

vbi maior eſt indigentia, maior & frequentius detur eleemoſyna, & quia ad maiorem perfectionē proficere cognoſcuntur, maiori ſubſidio adiuuentur. In omnibus tamen ſecundum doctrinam Apoſtoli, cui debemus timorem timorem, & cui honorem honorem, & cui amorem amorem, & cui familiaritatem familiaritatem: ratione maioris ſanctitatis, vel prælationis, vel ratione ordinis clericalis. *Rom.* 13.

Cura Dei de creaturis.

46 ALIVS eſt mos Dei quod ipſi cura eſt de omnibus creaturis tam de minimis, quam de maximis animalibus natatilibus volatilibus, etiam de paſſeribus, quorū duo veneunt dipondio, nec vnus eſt in obliuione coram Deo. Item de magnis & paruis vermibus. Hæc enim omnia in eſſe conſeruat, eiſque vitæ neceſſaria continue ſubminiſtrat. Itē de quatuor elemētis curam

ram habet, & omnium quæ ab eis naſcuntur vel nutriuntur, ſiue vegetantur vt herbæ, & arbores, ſiue viuant vt cetera animalia. Præcipue
47 vero gerit curam hominum, quos ad imaginem, & ſimilitudiné ſuam fecit, quos membra dilecti filij ſui conſtituit, & templum Spirituſſancti ordinauit, ſingulis ſingulos angelos ad cuſtodiam deputās, in carne & ſanguine pręcioſo vnigeniti ſui reficiens; quodque præſtantius eſt, peccatoribus inimicis ſuis vitæ neceſſaria prouidet abundantius quam amicis. Item curam gerit animarum, quibus oblationes ſacerdotum proficiunt ad pœnarũ remedium, licet ipſis ſacerdotibus ex eiſdem oblationibus indigne offerentibus damnatio generetur: ſimiliter per deſideria triumphantis, & per ſuffragia militātis Eccleſiæ adiuuantur, & licet homines orationibus, eleemoſynis, ieiunijs, peregrinationibus extra charitatem factis, propria peccata delere non ſufficiant,

ficiāt: pie tamen credi poteſt, quod ex eiſdem mitigationem, & abſolu tionem pœnarū ex benignitate Dei ſuſcipiūt cum pro eis fiunt, ſi viuen tes in hoc ſæculo meruerūt. Angelorum curā etiam magnam habet, quos in tanta beatitudine creans, abſque omnis mali experiētia conſeruauit immunes, & conſeruat. Similiter & nos curam gerere debemus quarumlibet creaturarū, vt ſin 48
gulis; ſecundū Dei ordinationē vtamur, ne in die iudicij ipſas in malitiæ noſtrę teſtimonim habeamus. Item curam omnium hominum, vt commodum, & incommodum ſingulorum nobis medullitus aſſumamus. Ipſoſque ab iniuſtitia retrahentes deſiderijs orationibus, & bo nis exemplis in Domino confortemus. Item curam animarum in pur gatorio, vt ipſarum pœnas operibus miſericordiæ frequenter mitigare curemus. Item curam Angelorum vt præmiū, quod ipſis ex eorum obſequio, & cuſtodia de noſtro

profectu debetur ex culpa noſtra ipſis nullatenus ſubtrahatur. Item curã Dei prę omnibus gerere debemus ſolicitè, vt ſemper & vbique, quicquid ei de nobis maximè placeat: & ad quæ nos maximè ordinauerit exequamur.

Æquanimitas Dei.

49 ALIVS eſt mos Dei, quod nunquam turbatur, & licet ſcriptura ſæpe referat de ira, & furore Dei, nequaquam credẽdum tamen eſt ipſum poſſe turbari: ſed cum peccata vindicat, vel ex iuſtitia gratiã ſubtrahit, iraſci, & turbari dicitur ipſe vero impaſſibilis eſt non habẽs cõtrarium, & tantæ ſimplicitatis, & tãta ei iucũditas, & fœlicitas eſt in natura, quod in ipſo nulla turbatio locum habet. Similiter & nos quantumcumque poſſumus turbationem noſtram vitare debemus: quia modica vel potius nulla gratia quieſcere poteſt in anima turbata. Ad

vitandum ergo turbationem, neceſſaria eſt vehemens circa Deum occupatio, & dilectio fortis vt mors, quæ virtutem mortis operetur in nobis, vt mala opera proximorum videntes non videamus, & verba noxia, vel nobis contraria audientes, non audiamus, nec corda noſtra in talibus occupemus: ſed ſimus quaſi cæci & ſurdi, & quaſi muti, & quaſi non habentes corda; ſicut Dauid de ſe dicit: Ego tanquam ſurdus, & *Pſ. 37.*
ſicut mutus, &c. inſtantes tantũ fideliter, & feruẽter his quę Dei ſunt: & alios in omnibus propriæ conſcientiæ relinquentes, ſiue iuditio prælatorũ, ſiue extremæ vindictæ Dei *Ezech.*
dicentis: mihi vindictam, & ego *9.*
retribuam eis in tempore: ſimiliter *Rom.*
& aliorum turbationem quantum- *12.*
cũque poſſumus vitare debemus: ne ipſi nos econtrario perturbent, vt ſæpe fieri ſolet, & ex hoc remordentem conſcientiam ipſi habeamus: quicquid in ſãctis meditationibus, iuſtis deſiderijs, orationibus, alijſ-

que bonis operibus ſubtrahatur vniuerſitati, ſiue in cælo, ſiue in terra bonis, & malis, ſiue in purgatorio nobis turbationem ex iuſta cauſa permouētibus, omnipotēs Deus amator iuſtitiæ inultum in nouiſſimo die non relinquet.

Deus non querit commodum ſuum.

ALIVS eſt mos Dei, quod in omnibus operibus ſuis & ordina
50 tione nihil commodi ſui reſpicit: ſed pure & principaliter æternæ,& immenſæ bonitatis ſuæ abundantiā; & hoc ad humanæ, & angelicæ creaturæ vtilitatem. In creatione quippe, & conſeruatione cælorum, quatuor elementorū,& omniū quæ in eis ſunt non conſiderat ſuum cōmodum; ſed hominum, & angelorum fructum: ſimiliter quicquid ordinat in creaturis quibuſcunque, ſiue temperies, ſiue intemperies, ſiue penuria fructuum, ſiue abundantia, ſiue ſanitas, ſiue peſtilentia: quic-

quicquid etiam facit circa homines conferendo gratiam; ſiue ſubſtrahendo, ſiue permittit eos ſanos eſſe, fortes, debiles, vel infirmos, pauperes, ſiue diuites; viuere ſiue mori, ſiue permittit regnare bonos, ſiue malos, intueri, ſiue affligere pauperes, ſiue iuſtè iudicare, ſiue iudicium peruertere: omnia ordinat, omnia facit, omnia permittit propter ſuam inæſtimabilem bonitatē; & hominum cōmunem vtilitatem.
Similiter in omnibus deſiderijs, ora 51
tionibus, ieiunijs, eleemoſynis, verbis noſtris, & in alijs omnibus, quæ facimus, dimittimus ſuſtinemus à Deo: pura debet eſſe intentio noſtra, vt nec placentiam, nec diſplicentiam hominum aut noſtrũ commodum attendamus, aut gratiam in præſenti, aut gloriam in futuro; ſed tantummodo purè, & principaliter Dei admirabilem bonitatem, & ſecundario proximorum ſalutem: ſed quanto magis, & purius partē Dei reſpicimus, & quàn

to minus noſtram, & aliorum vtilitatem attendimus: tanto acceptabilius eſt Deo, & tanto vniuerſitati fructuoſius opus noſtrum: heu quantũ Deo deperit,&vniuerſitati:quòd in factis noſtris aliquid reſpicimus, niſi purè Dei bonitatem:cum enim ventilabro ſuo ſeparabit paleam à tritico: ſicut dicit Matth.3. Per ſapientiã ſuam purum diuidet ab impuro: tunc ſolum triticum in horreum aſſumet: & palea cõburetur, ideſt, ſolum id quod propter Deum factum eſt purè, vel dimiſſum, vel paſſum, in cælo remunerabitur, & vniuerſitati vtile redditur, dicente
Pſ. 17. Propheta, Retribuet mihi Dominus ſecundũ iuſtitiam meam,& ſecundum puritatem manuum meatum in conſpectu ocuiorum eius.

Deus omnia bene facit.

Alivs eſt mos Dei, quòd omnia opera ſua in ſummo bene facit;opus quippe cæli,& terræ;angelo-

gelorum, & hominum, & aliarum creaturarum adeo benefecit, vt melius excogitari non poſſet. Similiter opus redemptionis, quod nemo alius in cælo, nec in terra facere potuit: ſicut legitur in Apoc. In ſummo bene fecit prudenter vincendo diabolum in ligno; quo vicerat, ſub humana fragilitate ſemper cælans diuinam potentiam: quia ſi dæmones eum cognouiſſent, vt dicit Apoſtolus, numquam Dominum gloriæ 1.Cor.
crucifixiſsēt, ideſt crucifigi perſuaſiſſent: 2.
ſimiliter quicquid hodie facit, ſiue peccata vindicet, ſiue diſſimulet propter pœnitentiam, ſiue 53
gratiam ſubtrahat electis, ſiue conferat, ſiue fideli animæ quandoque ſe familiarem, quandoque alienum exhibeat, ſiue ſit vētus, ſiue pluuia, ſiue aura frigida, ſiue calida, ſiue ſicca ſit via, ſiue madida, ſiue fructus terræ abundet, ſiue pereat pro illo tempore melius fieri nō poſſet: quia ex nimia charitate, & benignitate immenſa ſua ſapientia ſingula de-

bito tempore operatur. Opus vero remunerationis in ſummo benefaciet: cum ſingulis peccatis, & ſingulis membris, quæ fuerunt arma iniquitatis, reddet iuſtam pœnam pro quantitate, & qualitate commiſſionis: & cum ſingulis bonis voluntatibus, verbis, factis, & exemplis iuſtam mercedem reſtituet pro
54 quantitate charitatis. Similiter, & nos diligẽtiam apponere debemus, vt ſingula opera noſtra, quantum vnquã melius poſſumus faciamus ex omni virtute Domini noſtri Ieſu Chriſti, & cum omni deſiderio triũphantis, & militantis Eccleſiæ, & ſub nomine creatoris: quaſi tota ſalus noſtra, & omnis laus Dei, & vniuerſitatis vtilitas ex vno opere dependeat; quaſi numquam ad id opus reuerſuri; neque opus aliud poſtmodum incepturi. Quotiens enim aliquod opus facimus, & ad aliud opus feruẽter properamus ex ſolo deſiderio alterius operis, ſtatim laſceſcit animus in opere in quo ſu-

mus; verbi gratia. Cum ſumus in oratione, vel in alio opere, & proponimus ſcribere, vel aliud opus facere, ſtatim orationem minuit noſter affectus, & citius deſiſtimus ab incepto.

Benignitas Dei.

ALIVS eſt mos Dei, quòd nullum iudicat ſecundum præteritam vel futuram malitiam, vel bonitatem quam ipſe cognoſcit in homine, ſed ſecundum præſentem iuſtitiam: ſicut Paulum non damnauit propter præteritam malitiam: nec Iudam ſaluauit propter præteritam iuſtitiã. Sed nos miſeri quantumcumque aliquis proficiat in virtutibus, vel ſanctitate, frequenter tamen præteritæ recordamur iniuſtitiæ: ſi autẽ iuſtus cadens à via iuſtitiæ in aliquo ſemel excedit: etiã ſi reſipiſcat, nequaquam tamen ſanctitatis præteritæ recordamur. 55

Mi-

56 ALIVS eſt mos Dei, quòd numquam bis punit in idipſum: ſi vna pœna ſufficiat: & ſi ſequitur correctio inter flagella. Nos autem miſerrimi pro vna nobis illata iniuria, centum ſi eſſet poſſibile, grauiores moleſtias inferremus.

De conformatione animæ ad Deum.

57 FIDELIS anima toto niſu conformare ſe debet prædictis diuinis moribus pro poſſe ſuo: quanto enim conformior erit in iſtis anima creatori ſuo in ſęculo, tanto cõformior erit in futuro: & quanto conformior, tanto beatior, & tanto laudabilius Deo, & vniuerſitati vtilius. Iam gaudendum eſt fideli animæ, quia prædictos mores Dei habebit in æterna vita, cum ei ſimiles erimus, & videbimus eum ſicuti eſt.

Ora-

EIA pijſſimè Deus, qui animæ noſtræ tuam imaginem abſque noſtro deſiderio impreſſiſti, petimus per omne quod tu es, cum omni quod tu es, prædictos mores miſericorditer imprimere nobis digneris, ne in vanum circa nos laboraueris, & nos in vacuum, immo periculosè viuamus, ſi non tuum ſeruitium circa nos ad finem debitum perducamus. 58

In omnibus non poſſumus Deum imitari.

SVNT & alij mores in Deo, in quibus non eſt imitandus, ſed potius admirandus, ſcilicet quòd ipſe ſolus occulta cordium ſcrutatur, ſolus ſeipſum perfectè cognoſcit, amat, fruitur ac laudat: ipſe ſibi ſolus ſufficit, & non indiget extrinſeco, ab ipſo ſolo omne bonum procedit: omnium beatitudo 59

in ipſo ſolo conſiſtit: ipſe ſolus habet immortalitatem , & inhabitat lucem inacceſſibilem : ipſe ſolus de nihilo aliquid fecit: ipſe ſolus omnia in eſſe conſeruat : ipſe ſolus peccata condonat: ipſe ſolus ſcit horam iudicij: ipſe ſolus ſcit numerum electorum:
benedictus Deus,
Amen.

ALIVD

ALIVD
DE BEATITVDINE
OPVSCVLVM

Quod inter eiuſdem Doctoris Opuſcula

SEXAGESIMVM TERTIVM in ordine collocatur.

BEATI qui habitant in do- *Pſ. 83.*
mo tua domine. Domus
Dei eſt æterna beatitu-
do, quã naturaliter om-
nis homo deſiderat, vt dicit Augu-
ſtinus. Illa beatitudo conſiſtit in
Dei cognitione, dilectione, fruitio-
ne, vnione, laude, gratiarum actio-
ne, & congratulatione. In præſenti
vita cognoſcitur Deus per ſpecu-
lum in enigmate, vt dicit Apoſto-
lus, ideſt, per fidem vel per crea- *1. Cor.*
turas obſcurè. Nam magnitudine, *13.*
pulchritudine, bonitate creaturæ:

vt di-

Cap.13 vt dicitur in lib. Sap. Cognoſcibiliter creator poterit intueri: vnde dicit Auguſtinus. Qui fecit magna, maior eſt, qui fecit pulchra, pulchrior eſt, qui fecit bona, optimus eſt.

Primum principale cognitionis per Deum. Cap. 1.

SED in illa beatitudine cognoſcitur Deus facie ad faciem: ſicuti eſt, hoc eſt Deus per Deum. Vnde
Pſ. 35. Pſal. In lumine tuo videbimus lumen, hoc eſt, Deum patrem in filio Deo, & filium Deum in patre Deo,
1 & Spiritum ſanctũ in vtroque. Hæc tanta res eſt, dicit Auguſtinus, vt in eius comparatione nihil ſit to-
1. Cor. tum; De iſto dicit Apoſtolus. Tunc
13. cognoſcã ſicut cognitus ſum. Deus
25 enim cognoſcit nos non per creaturam, ſed per ſe Deum, ita & ipſum ſimiliter cognoſcemus. Tunc oculo ad oculum Deus manifeſtabitur in omni diuina natura ſua, ſcilicet

poten-

potentia, ſapientia, bonitate, &c. de quo dicit Iſa. Verè tu es Deus *Iſa.45* abſconditus. Hanc cognitionẽ non operabitur angelus in angelo, vel in homine, vel homo in angelo, vel homine, dicente Domino per Hieremiam: Non dicet vir fratri ſuo, *Hiere. 31.* cognoſce dominũ. A minimo enim vſque ad maximum, omnes cognoſcent me: dicit Dominus: ſed ſolus filius Dei operabitur in quolibet angelo, & homine illam cognitionem, quia ipſo teſte, nemo nouit patrem, niſi filius, & cui voluerit filius reuelare; qui vtique volet electis reuelare: ſicut dicit in Ioan. *Ioã 15* Pater quos dediſti mihi, volo vt vbi ego ſum, & illi ſint mecum, vt videant claritatem meam. Claritas filij, eſt claritas patris. Hæc ergo 12 beata cognitio iuſtitiã conſummatam facit, & immortalitatem adducit, iuxta illud Sapien. Noſſe te *Sap 15* conſummata iuſtitia eſt, ſcire iuſtitiam virtutem tuam, ideſt, totam diuinam naturam, totam ſapientiã, poten-

potentiam, bonitatem tuam, quæ radix eſt immortalitatis. De hac ſola cognitione gloriandum eſt ele
Hier.9 ctis iuxta illud Hieremiæ. Non glorietur ſapiens in ſapientia ſua, nec diues in diuitijs ſuis, nec fortis in fortitudine ſua: ſed in hoc glorietur, qui gloriatur, ſcire & noſſe me.

Secundum principale cognitionis ad Deum.

3 ITEM cognoſcitur ibi Deus ad Deum. In illa beata cognitione, quicquid cognoſcitur in Deo, vel de Deo ducit ad Deum, & in Deum: ſiue ſit potentia, ſapientia, bonitas, charitas, & ſimilia. Tanta eſt enim in Deo iucunditas, & amabilitas, vt cognitus ab anima ſtatim ipſam ad ſe trahat, eamque vehemẽter in ſe abſorbeat ad ſimilitudinem adamãtis, qui virtute ſua fortiter ferrum ad ſe trahit. Hoc te-
Cãt.1. ſtatur Spirituſſanctus in Canticis. Oleum effuſum nomen tuum: ideo ado-

adoleſcentulæ dilexerũt te,hoc eſt. Tanta eſt ſuauitas, quæ à te Domine inceſſanter effunditur, quod ad amorem tuum feruentes, & fortes animę pertrahũtur. Sic cognoſcens dominum Saulus per vocem dicentem. Ego ſum Ieſus Nazarenus: mox tractus fuit ad obediẽdum diuinæ voluntati dicens. Domine quid me vis facere: Sic & beata Maria Magdalena, vt cognouit quod Ieſus accubuit in domo Phariſæi, ſtatim venit in feruore, afferens alabaſtrum vnguenti precioſi.

Tertium principale cognitionis propter Deum.

ITEM cognoſcitur ipſe Deus propter Deum. Nam, finis cognitionis ipſe eſt. Licet enim anima ex illa cognitione percipiat æternã beatitudinem, ſicut Dominus teſtatur: Hæc eſt enim vita æterna, vt cognoſcant te ſolũ Deum, & quem miſiſti Ieſum Chriſtum: illam bea- 4 Io. 17.

titudinem nõ percipit finaliter pro vtilitate ſua, ſed pro manifeſtatione gloriæ Dei, vt glorificetur in anima beata Trinitas. Ibi limpide cognoſcit anima, quod intellectus capere non poteſt; videlicet quomodo æternus Deus, & immẽſus Deus vnus eſt in ſubſtantia, & trinus in perſonis. Item lucidè cognoſcit, quomodo filius æternaliter naſcitur à patre; & quomodo Spiritusſanctus continuè procedit ęqualiter ab vtroque. Nec tamen vna perſona maior, vel minor eſt altera, nec dignior vel prior, nec poſterior eſt altera: ſed in ſingulis æternitas vera, coæqualis maieſtas. Item ibi perſpicuè cognoſcit anima, quomodo diuinitas, & humanitas inſeparabiliter vnita eſt in vna perſona Ieſu Chriſti: & quicquid Deus habet per naturã, habet ille homo per gratiã. Et in hac cognitione Trinitatis, vnitatis, diuinitatis & humanitatis Chriſti, maxima eius beatitudo conſiſtit. Itẽ teſte Salomone, omniũ

ope-

operum Dei nemo rationem aliquam inuenire poterit in hac vita: & quanto magis inueſtigare laborat, tãto minus inueniet. Illic vero manifeſtè cognoſcit anima omnia opera diuina, & maxima, & etiã omniũ rationẽ, creationẽ item cæli & terræ, & omniũ elementorũ ex nihilo, diſtinctionem ordinum angelicorum, ſapientiſſimam doctrinam donorum gratuitorum naturalium; nã ſinguli angeli ſpecie, & numero differunt, ſicut ſtellæ. Et in ſingulis operibus diuinis delectabitur anima ſupra modum, cognoſcens opera Dei eſſe optima, ſuo tempore, & optimo modo facta, teſte Damaſceno. Si diuina voluntas eſt prouidẽtia, omnino neceſſe eſt, quæ prouidentia fiunt ſecundum certam rationẽ; & vt optima & Deo decentiſſima fieri, & vt non eſt melius fieri. Item apertè videbit anima ſingula dona à fonte diuino fluentia: & non ſic effluere tanquam ab ipſo procedãt, ſicut riuus à fonte procedit; ſed

ſemper in ipſo integraliter manẽt, ſicut lucerna non amittit ſuã pleni tudinẽ, ex eo quod lucerna alia accenditur ab ipſo;& ſine ſui diminutione omnibus lumen cõmunicat, & diuiditur in multa ſine omni ſua mutatione,& ſui diminutione. Ideo que ſine damno omnibus deſiderantibus dat affluenter, vt dicit Beatus
Iac. 1. Iacobus. Alióquin ſi ex donatione pauperior fieret, ſicut homo qui quod dat non retinet: iam non eſſet ſummè perfectus, immo conti-
5 nuè ſua perfectio minueretur. Similiter dona ſua ſemper noua ſunt; quia non eſt ibi præteritum & futurum; ſed ſemper præſens, & quod ſemel dat, ſemper dat: alioquin mutatio eſſet apud Deum. Ideoque ſemper merito gratitudo debet eſſe tanta nobis de ſingulis donis Dei, ſicut cum ipſa percepimus prima hora. Ex eadem ratione ſingula opera Dei noua ſunt;& quicquid ſemel facit, ſemper facit propter immutabilitatem ſuam, vnde pater dicit.

ād filium. Ego hodie genui te: licet *Pſ. 2.*
multis annis ante fuerit facta diuina generatio, & humana. Ideò cum eadem gratitudine nobis ſemper debet eſſe præ oculis, ſicut quando primitus fecit, & ea gratitudine omnia opera ſua facit. Item luci- 6
dè videbit anima quod hic occultum eſt, quomodo Deus idem ipſe immutabilis, ſimplex, & indiuiſibilis ſecundum magis & minus participatur ab angelis & ſanctis, ſecundum quod magis & minus diuinis moribus ſimilantur ad inſtar ſolis, qui vnum magis, alium minus calefacit. Similiter ad inſtar cibi, qui vni eſt occaſio infirmitatis, alij ſanitatis, qui vni eſt ſapidus, alteri inſipidus, ſecundum quod plus vel minus natura illorum cum cibo illo conuenit, vel cum ſole. Item ibi cognoſcet anima ſummam bonitatem, & ſapientiam Dei principium eſſe omnium creaturarum, & operum diuinorum: nam bonitas Dei producit in eſſe creaturas, Sapien- 35

tia vero conſtituit doctrinam inter ipſas. Ex ſumma igitur ſapientia, & bonitate inſcrutabili, facit auram nunc frigidam, nunc calidam nunc ſiccã, nunc madidã, nunc procelloſam nunc tranquillam. Ex eadem ſapientia & bonitate facit vnũ diuitem, alium pauperem, vnum fortem aliũ debilem, vnum formoſum alium deformem. Ex eadem ſapientia & bonitate modo facit vnã creaturã ſenſibilem aliã ſenſus expertẽ, vnam rationalem, aliã ſine ratione:
Eccleſ. vni dat vnam formam, alteri aliam:
1. ideoq; teſte Eccleſ. Opera Dei om-
7 nia bona ſunt, & non eſt dicere hoc eſt nequius illo. Omnia enim tempore ſuo comprobabuntur: nec eſt infernus peior cælo, dicente Iſidoro, ſicut cælum ſideribus, ita infernus damnatis hominibus, & dæmonijs ornabitur. Æqualiter enim cõmendat iuſtitiam iudicis iniquorũ deuaſtatio, ſicut innocentium defenſio. Item licet teſte Apoſtolo. Incomprehenſibilia modo ſint iu-
dicia

dicia Dei de damnandis, & inueſtigabiles viæ eius de ſaluandis: ibi tamen comprehendet anima quod vniuerſæ viæ Domini fuerunt miſericordia, & veritas ad iudicandum. Miſericordia reſtrinxit iuſtitiam: ne nimis ſeuerè ageret, iuxta illud. Cum iratus fueris miſericordiæ re- *Iob 3.*
cordaberis. Et iuſtitia temperauit miſericordiam ne nimis parceret: nam facultas veniæ, incentiuum tribuit delinquendi. Iuſtitia ſemper miſericorditer punit, & miſericordia ſemper ſecundum iuſtitiam pepercit. O quam occulta ſunt in pre- 8
ſenti diuina iudicia. Quis enim inueſtigare poteſt cum dixerit Domi *Mal. 1*
nus. Iacob dilexi, & Eſau odio ha- *Rom. 9*
bui, antequam nati eſſent, quod vitium deteſtaretur in Eſau, & virtutem diligeret in Iacob, cum nullum iudicet, niſi ſecundum præſentem iuſtitiam. Similiter cum duo pueri portãtur ad baptiſmum vnus natus de fideli moritur ante baptiſmum deſcendens in limbum; alter

natus de infideli poſt baptiſmum moriens, ſtatim euolat ad cælum. Similiter quare dominus Ieſus vni latroni tantam gratiam dedit:alteri vero nullam. Similiter quare Iudam finaliter cadere permiſit, & nullum aliũ Apoſtolorum. Et quare ab vno diu grauia, & multa peccata ſuſtinet, vt à Dauid: alium vero poſt primũ peccatũ damnat ſicut Saul. Hæc ſoluit Gloſſ. ſuper Geneſ.dicens,nouit Dominus cui parcat vſque ad cōmutationem in melius, ſicut pepercit Aaron quem nō perdidit cum alijs in conflatione vituli aurei,ſic pepercit Ezechię, cōtra quem dederat ſententiã mortis, & tamē poſtea ei quindecim annos
9 ad viuendum dedit. Item nouit cui parcat ad tempus,quamuis præſcierit eum in melius non mutari.Sicut peccatoribus ante diluuiũ dedit cētum annorum ſpatium pœnitēdi: & poſtea omnes homines perdidit per diluuiũ præter octo. Item nouit cui nō parcat, vt nec mutationem eius

expectet, ſicut igne & ſulphure cito perdidit Sodomitas. Datan, & Abiron terra viuos abſorbuit in momento. Hæc omnia lucidè videbit in ſpeculo æternitatis, & quicquid augere poteſt ſuam beatitudinem, & de ſingulis habebit gaudiū cum electis. Item cognoſcet ibi anima, quomodo ſapiens Deus omnia opera diuina, angelica,& humana ſemper conuertit ad optimum, hoc eſt manifeſtationem gloriæ ſuæ,& angelis, & hominibus ad fruitionem
diuinæ naturæ, vel ſapientiæ. Et li- 10
cet malum in ſe, nec ſpeciem habeat, nec originem, ſingula tamen mala opera ordinat ad magnum bonum ſapientiſſimus Deus,qui in domo ſua nil inordinatū dereliquit. Miſerabilem & irrecuperabilē caſum angelorum,& obſtinatam malitiam eorum ordinauit ad exercitium, & coronam iuſtorum: iuxta illud Bernardi. Iucundum Dei iudicium eſt, quod ſuperbus ille humilium malleator, ipſo neſciente fabri-

bricat eis coronas perpetuas ipſos
impugnando. Similiter vnicum ca-
ſum ſolius hominis Adæ conuertit
in admirabilem totius humanæ na
turæ exaltationem . Ex hoc enim
humana natura diuinæ naturæ in-
ſeparabiliter vnita eſt in perſona
domini Ieſu,non conuerſione diui-
nitatis in carnem ; ſed aſſumptionē
humanitatis in Deū: de quo Chry-
ſoſtomus . Reuera magnum,& mi-
rabile eſt carnem noſtram , ſurſum
ſedere,& ab Angelis,& Archange-
lis adorari, quod nequaquam factū
fuiſſet,ſi Adam non peccaſſet, vnde
Leo Papa.Si homo ad imaginē Dei
factus in ſuæ naturæ honore perſti-
tiſſet , nec diabolica fraude decep-
tus à lege ſibi poſita deuiaſſet,crea-
tor mundi creatura non fieret , nec
ſempiternus temporalitatē ſubiret
Deus , nec æqualis Deo patri filius
formam ſerui, & ſimilitudinem car
nis peccati aſſumeret. Similiter ini
quam venditionem Ioſeph muta-
42 uit in ſalutem maximam fratribus

venditoribus,& Ægypto, qui ſi ven ditus non fuiſſet, tota Ægyptus, & circumiacentes prouinciæ inedia periſſent,quod proprijs fratribus ve nientibus in Ægyptum pro annonæ cōparanda teſtabatur dicēs. Nolite timere,pro ſalute,&c. & ipſi ſimiliter teſtabantur reſpondentes ei ſalus noſtra, &c. Similiter grauiſſimum peccatum, quod ab initio factum fuit cum de conſilio & inuida promotione Iudæorum vēditus fuit filius Dei,& traditus, & blaſphematus,ad mortem turpiſſimā condemnatus, crucifixus,inter latrones ſuſpenſus. Hoc malum peſſimum ordinauit Dominus Ieſus ad peccati deſtructionem, angeli reparationem, diabolicæ poteſtatis diminutionem,captiuorum in limbo ereptionem cæleſtis ianuæ apertionem & reſerationem; & vt quilibet peccator multo facilius, quam antiqui patres ſanctiſſimi promereri poſſet immediatum tranſitum poſt præſen tem miſeriam ad diuinam fruitio-

nem.

nem. O ineffabilis ſapientia, quæ tantum malum cõuertit in bonum. Similiter illud graue peccatũ Beati Petri pro trina negotiatione Domini cõuertit ad bonum magnum peccatoribus, vt apud eum quem Eccleſia caput habere debebat, vberiorem compaſſionem, & miſericordiam inuenirent. Dicit enim Eccleſiaſt. Qui non eſt tentatus qualia ſcit? Et qui non eſt expertus, pauca cognoſcit. Quomodo enim medicus qui non patitur cõpati poteſt ægroto. Non compatitur famelico ſaturatus; neque peccatori iuſtus. Ex eodem caſu Beati Petri Dominus Ieſus præſumptionem omnibus hominibus amputauit. Similiter graue peccatum infidelitatis Beati Thomæ redegit Dominus Ieſus ad bonum totius Eccleſiæ. Magis enim credi oportebat de reſurrectione dominica Beato Thomæ ex viſu, & tactu cicatricum, quam Beatæ Mariæ Magdalenæ, quæ ſolis verbis crediderat angelorum. Similiter pertinaciam

Eccleſ. 34.

naciam Saulis conuertit Deus in ſa lutem omnibus Eccleſijs, cum proſtratus ſęuiſſimus perſecutor factus eſt euangelij fideliſſimus prædicator. Valde enim laudabile fuit nomen Domini Ieſu coram regibus, Iudæis, & gentibus conſtanter annuntiare quod tanto feruore in Damaſco expugnare venerat, & delere. Similiter graue peccatũ,& contumeliam quam ſuſtinuit in nuntijs ſuis prophetis, Apoſtolis, martyribus, conuertit in fulcimentum noſtræ ſpei cũctis fidelibus. Niſi enim fidem catholicam ſuo ſanguine defendiſſent, nequaquam domini Ieſu nomen ad nos cum fide catholica cum tanto robore perueniſſet, vnde
Iſaias. Niſi Dominus reliquiſſet no *Iſa.* 1.
bis ſemẽ ſupple in Apoſtolis,& mar tyribus, ſicut Sodoma fuiſſemus, &
quaſi Gomorra, &c. Ita etiam ſa- 11
piens qui olim conuertit aquam in vinum, mutabit omnem tentationẽ & tribulationem huius miſeriæ in ſtatum æternæ gloriæ, & repondebis

rabis

rabit æterna, & immenſa mercede;
2.*Cor.* iuxta illud Apoſtoli. Id enim quod
4. in pręſenti momentaneũ,& leue eſt
tribulationis noſtræ ſupra modũ in
ſublimitate æternum pōdus gloriæ
operabitur in nobis. Ibi enim cognoſcet anima vehementē dilectionem creatoris circa ſalutem generis humani, quæ in primo apparuit cum vnumquemque hominem ad imaginem, & ſimilitudinem ſuam fecit. Deinde vnicuique angelum deputauit qui eum in materno vtero cuſtodiret, natum ab inſultu dæmonum defenſaret. Neceſſaria corporis ſingulis momentis conuenientiſſima, miniſtrauit. Deinde ab originali peccato vnda baptiſmatis animam emundauit conferens Spiritum ſanctum cum omnibus donis ſuis, & ſingulis virtutibus, in filium quoque adoptauit. Poſtmodum in adoleſcentia; quandoque in ſomno, quandoque interna inſpiratione ad æternam ſalutem mutauit. Foris autem per creaturas quas ſingulas ſic

inſti-

inſtituit, vt ad inuiſibilem creatorem animam introducant efficaciſſima exempla mortuorum hominũ, & viuorum . Similiter per ſacram ſcripturam quæ nobis viam cæleſtem lucidiſſimè demonſtrat; qualiter homo ſe habere debeat ad Deũ, qualiter ad proximum, qualiter ad amicos, quomodo ad inimicos; qualiter ad prælatos, qualiter ad ſubditos, qualiter ad viuos, qualiter ad mortuos: ſed quia non omnes ſcripturam intelligunt, addidit doctores & nuncios fideliſſimos, qui eam exponunt vniuerſis fideliter, & deuotè . In eadem ſcriptura per prædicatores nunc minis terret, nunc blanditijs, & promiſſis allicit miſeros peccatores ad ſalutẽ . Qui nun- 12
cij dum quandoque ab exteriorum ſolicitudine in contemplatione diuina quieſcunt, quod Deo placet ſuper omnia, ad innuendã tamen dilectionẽ ſuam circa peccatores, qui forte numquam curant ſaluari: aduocat multitudinem nunciorum ab

ea quiete, quæ ſibi delitias facit ad
Cãt.5. ſolicitudinem peccatorum, dicens in Canticis. Aperi mihi ſoror mea, quia caput meum plenum eſt rore; quod Gregorius exponit dicens. Dum ſponſa dormit, dilectus ei, vt aperiat pulſat, quia dum mens ſibi per otium intendit, Chriſtus multa opera peccatorum in hoc mũdo tolerat, quia niſi ſpirituales viri ad doctrinam ſe accingant, numquam ſeipſos carnales cognoſcũt, vel corrigere curant. Vult igitur ſponſus, aliquando otium dimittatur, & ad ædificationem proximorum ſpirituales quique ſolicitentur, quia dũ perfecti viri ſibi ſolum per interiorem quietem intendunt, dolet ſponſus quod ſæculares magis, ac magis ad peiora corruunt, dum eum propter ſilẽtium ſpiritualium minus, ac minus cognoſcunt. Quoniam autem hic omnia pro ſalute minimè ſuffeciſſent propter diuerſa, & grauia vulnera peccatorum, ideo Deus pater ineffabili motus dilectione,
miſit

miſit vnicum filium ſuum, qui dili-
genter conſiderans quomodo in ſin
gulis membris omnipotentẽ Deum
peccatores offenderent, abũdantio-
rẽ emendam quam meruerat genus
humanũ exhibuit in cruce, in mem
bris ſingulis Deo patri. In qua cum
clamore valido, & lachrymis pre- *Heb.5.*
ces Deo offerens, & in mẽbris ſingu
lis vulneratus, ſalutẽ perditã huma
no generi reſtituens à patre pro ſua
reuerẽtia exauditus eſt. Et ne ſalus
obtẽta periret, verba ſua, mores, &
exempla conſcribi fecit in quãtuor
Euãgelijs, ex quorũ imitatione ſalũ
tẽ perpetuã mereremur. Super hæc 13
omnia pro manifeſtatione dilectio-
nis ſuæ, ſanctiſſimum corpus ſuum,
& ſanguinem conſecrauit, & vim
dedit conſecrandi non tantum vni
homini bono; nec tantum vno tem-
pore, vel vno loco; immo ſacerdo-
tibus criminoſis eandẽ contulit po-
teſtatem, vt omni tempore, & loco
in Euchariſtia, & Sacramentis cæte
ris conſolationem ſpiritus, & pec-

catorum medicinam homines inuenirent. Si enim tantum perfecti epiſcopi, & ſacerdotes criſma, & corpus Dominicum conſecrare poſſent, innumerabiles homines ſine extrema vnctione, & viatico morerentur. Inſuper prælatos ſpirituales, & ſæculares conſtituit, qui etiã inuitos cogerent ad obſeruantiam præceptorũ, & pro manifeſtis criminibus pœnis varijs, & ſentẽtijs mortis ſubditos coercerent. Hæc omnia ſine adiutorio noſtro, & deſiderio facere potuit & fecit, & nihil omiſit eorum, quę neceſſaria fuerunt ad noſtram ſalutem: teſte domino
Iſa. 2. in Iſaia; Quid vltra debui facere tibi, & non feci: præter hoc ſolũ quod non violenter ad cælum nos trahit: hoc ideo non facit, quia iuſtitiæ ſuæ non conuenit inuitum ali-
14 quem coronare, cui liberum arbitrium dedit, in hoc hominem ſibi
Ser. 15 aſſimilans, quod à nemine cogi po-
de ver. teſt, vnde Auguſtinus. Qui creauit
Ap. te ſine te; non iuſtificabit te ſine te.

Crea-

Creauit te neſciētem, non iuſtifica bit, niſi volentem; & quia conſenſum liberæ voluntatis exigit: ideo ferè tota ſalus hominum perit. Veniet tempus cum apparebit innocentia creatoris circa ſalutem humani generis, licet Deus apud plurimos iudicetur reus, quaſi ſaluare nolit quos redemit, quando manifeſtabitur quam ſeriò filius Dei pro ſalute ſuorum inimicorum laborauit. In tota enim machina mundi teſte Bernardo, non tantum laborauit: In alijs enim operibus, dixit & facta ſunt, pro hominis vero ſalute, ſuſtinuit in verbis cōtradictores, in factis obſeruatores; in morte illuſores. Qui etiam in teſtimonium dilectionis ſuæ, cicatrices vulnerū ad cælum duxit, quibus iram patris fortius mitigaret, & gratiam peccatoribus impetraret.

Primum principale dilectionis per Deum. Cap. II.

EX illa cognitione beata, amabitur Deus per Deum ab anima glorificata, hoc eſt per Spiritũ ſanctum. Quicquid autem creatura facit ſub nomine creaturæ, imperfectum eſt. Illud enim impetrauit Dominus Ieſus fidelibus ſuis, cum dixit ad patrem: Notum feci
Ioã.16 eis nomẽ tuum per fidem, & notum faciam per ſpeciem, vt dilectio qua dilexiſti me, in ipſis ſit. Et dilectio qua pater diligit filium, eſt æterna & immenſa; ſcilicet per Spiritum ſanctum, qui eſt nexus vtriuſque, eadem dilectio dicit Gloſſ. qua pater diligit filium, eſt in omnibus iuſtis, per eandem enim anima glorificata diligit Deum, & diligitur à Deo. Alioquin anima, teſte Auguſtino, quæ non quieſcit, niſi in Deum ad quem facta eſt, numquam verè & perfectè quieſceret, niſi creatori ſuo in amore vicem rependeret.

ret. Cum autem teſte Bernardo: Deus animam amet, æternitas amat, immenſitas amat; cuius magnitudinis non eſt finis; cuius ſapiẽtiæ non eſt numerus: neceſſe eſt animam Deum immensè, & æternaliter reamare, ſi debet in Deo perfectè quieſcere. Hoc non fit niſi per Spiritum ſanctũ; de quo dicit Apoſtolus. Charitas Dei diffuſa eſt in cordibus noſtris per Spiritum ſanctum, qui datus eſt nobis; vbi dicit Gloſſ. Charitas Dei, & Deus eſt; & donum Dei eſt. Et quia Deus dilexit nos, vt à nobis diligeretur, Spiritum ſanctum dedit nobis. Si autem in charitate quæ virtus eſt in illa beatitudine diligeremus Deum; ſuperflue dediſſet ſapiẽtiſſimus Deꝰ Spiritum ſanctum. Hæc fuit olim opinio magiſtri in ſententijs: moderni autem aliter ſentiunt; tene quod placet; ſed ad hoc dedit Spiritum ſanctum, vt anima beati ipſi vicem rependeret in amore, & ſic in ipſo quietem omnimodam reperi-

Rom. 5

ret. Ad intelligentiam huius, notandum eſt quod in Ioanne ſcriptũ eſt, quod pater diligit filium. Et iterum ſcriptum eſt in perſona Chri-
Io. 17 ſti. Ego diligo patrem, hæc dilectio non eſt minor quam diligens, & dilectus; quia Spiritusſanctus eſt amor patris, & filij; nec minus amatur ab amante & amato ipſe amor, quam amans ab amato, vel amatus
16 ab amante. Et hæc eſt illa ſereniſſima, iucundiſſima, & perfectiſſima trium perſonarum in vna ſubſtãtia dilectio; vbi amãs eſt idẽ quod amatus & amatus idẽ quod amãs: amor idem quod amans, & amatus: amatus & amans idem quod amor; vbi amans, amatus & amor penitus vnum eſſe communicant, in vno velle conueniunt, vnum nolle habent; idem poſſe participant; immo totum poſſident. Ibi vnum ſummum quod eſt omne bonum in cõmuni; & tamen in ſolidũ poſſidetur; nullius ibi boni ſine dilectione eſt poſſeſſio; In hac dilectione nullus de-

fectus,

fectus, nulla omiſſio, nulla vnquam turbatio, nulla interpolatio: de hac dilectione totum mutum eſt quod loquimur etiam ſi ſummo ſtudio loqueremur. Hæc eſt cuius vnio animam ſibi vnitam verè beatam facit. Hæc eſt gaudium de quo dicitur. Vt gaudium meum in vobis ſit, *Ioã. 15* & gaudium veſtrũ impleatur. Quod gaudium patris, & filij, niſi amare, & amari, & taliter amari? Quomodo anima famelica ſaturabitur, niſi huic gaudio vniatur, vt ipſa in hoc gaudio, & gaudium hoc in ipſa ſit; & eius ſic gaudium impleatur cum amanti ita vnita fuerit, & amato, quod ſe in tam feliciſſima vnione amare ſentiat & amari?

Secundum principale dilectionis ad Deum.

IBi etiam amatur Deus ad Deum. 17
Nam amor Dei vehementer ducit Deum in animam, & animam in Deum, iuxta illud Ioan. Qui ma- *Ioã. 4.*

net in charitate, in Deo manet, & Deus in eo, quare? Quia Deus charitas eſt. O quam fœlix anima quæ abſque interpolatione ex omni virtute ſanctæ Trinitatis ad omne; & propter omne ſentit ſe amari, & Deum tanto amore circa ſe occupari, quaſi omnium creaturarum ſit oblitus. Cuius beatitudo augetur, cum econuerſo amore ſanctiſſimæ Trinitatis cum omnibus viribus ſuis penitus ſe immergit. Tunc implebit illud beatiſſimum præceptum, quod ſecundum expoſitionem Beati Auguſtini in hac vita impoſſibile eſt impleri. Diliges dominũ Deum tuum, ex toto corde, ideſt intellectu ſine errore, ex tota anima, ideſt memoria ſine obliuione, ex tota mente, ideſt voluntate ſine contradictione. Tunc enim anima numquam errabit in amore Dei, vt Deo aliquam creaturam æquet, vel præponat, numquam obliuiſcetur ad momentum amoris diuini, qui ſemper præſens eſt. Nũquam con-

Lib. de pfect. iuſt.

trariũ ſentiet amori Dei, ſicut heu in iſta vita frequenter aliquid ęquiparat Deo, vel præponderat, vel aliquid diligit, propter quod Deũ minus diligit, & ſæpe Dei obliuiſcitur, vel appetit aliquid diuinæ voluntati contrarium. Ibi etiam implebitur hoc præceptum ſecundum expoſitionem Chryſoſtomi dicentis. Quid eſt Deum diligere ex toto corde, niſi vt cor tuũ ad nullius rei dilectioné magis inclinatũ ſit quàm Dei, nec delecteris in ſpecie amplius quam in Deo, non in honoribus, non in auro, non in amicis, &c. ſed præ his omnibus Deum ames. Si autem in aliquo horum occupatus fuerit amor cordis tui, iam non ex toto corde Deum amas. Pro quanta enim parte fuerit cor tuum ad aliquam rem, pro tanta parte minus eſt ad Deum. Quid eſt Deum diligere tota anima? Certiſſimum habere animum in veritate, & firmum eſſe in fide. Quid eſt Deum diligere tota mente; vt omnes ſenſus tui

Deo

Deo vacent, intellectus, ſapientia, cognitio, memoria. Qui ergo aliquid horum occupat circa temporalia, iam non ex tota mente diligit Deum: hoc etiam impoſſibile eſt hic impleri.

Tertium principale dilectionis propter Deum.

18 IBI etiam diligitur Deus propter Deum. Anima enim ibi diligit Deum nõ ob hoc ſolũ quod erga ſe bonus eſt, largus, & miſericors: ſed ob hoc multo fortius, quod ſimpliciter in ſe bonus, largus, & miſericors eſt, & quanto ſincerius amat Deum propter innatam ſibi bonitatem, & non propter participationem beatitudinis ipſius, tanto beatior eſt anima; licet communicatio beatitudinis diuinę nequaquam ipſam moueat ad illam ſinceritatẽ amoris. Eia quantum iucunditatis animæ naſcitur, quando cum creatori vicem rependit in ſinceritate

amoris, quam nulla ſanctitas, vel bonitas in anima, vel vtilitas traxit ad amorem animæ; ſed innata bonitas, vt communicaret animæ æternam beatitudinem in ſe ipſo, pro qua conferenda cum dilectione maxima laborauit. De hac dilectione dicit Epiſcopus Pariſienſis. Hoc eſt proprium bonitatis, vt ad ſui fruitionem aliquos aſſociet, & ſe eorum malis portandis, atque dolendis omnino exponat. Nam tanta bonitas Dei, cui non eſt menſura vel numerus, tantam requirebat ſocietatis coniunctionem, vt de omnibus bonis ſuis nullum incommunicatum retineret, & de malis ſuorum nullum ſuſceptũ relinqueret. Ipſa enim bonitatis eiuſdem immenſitas pro ipſa fontis abiſſali copioſitate fluxus habere debuit vſque ad vltimum & ſupremum, vt eſſent opera miſericordiæ, & beniuolentiæ ab ipſo fluentia, vltra quæ & ſupra quæ quo ſe extenderet non haberet, & hoc indubitanter erat

ſuijpſius largitio, quo nihil magis in bonis habebat, vt conferret, & mortis amicorũ cauſa ſuſceptio qua nihil amici in malis magis habent, vt ipſe ſuſcipiat. Vehementer ibi accenditur ad amorem Dei anima ex ſingulis quæ in Deo ſunt naturaliter, ſcilicet potentia, ſapientia, bonitate, &c. Specialius tamen inflãmatur, cum feruore totius Trinitatis, quaſi omnium oblitus totaliter ſit, & cõtinuè ſentiat in ſe fun-

Ezech. 1. di, teſte Ezechiele, vultus animalium, ideſt omnium ſanctorũ ſicut carbonum ignis ardentium. Nam

Pſ. 18. teſte Dauid. Carbones ſuccẽſi ſunt ab eo, & non eſt ibi quiſquam qui ſe abſcondere valeat à calore eius. In præſenti vita nuntiauit ſponſa ſponſo; quia amore tuo langueo, vt dicitur in Canticis. In patria vero præſentialiter dicitur. Amore tuo inceſſanter ardeo. Languor homini ſomnum ſubtrahit, cibum delicatum inſipidum reddit, vires corporis, & decorem adimit; omnem ornatum

natum poſtponit, carnalis amicitiæ obliuionem inducit. Hæc omnia verus amor in anima ſimiliter operatur, ardor etiam humorem exiccat, materiam ſibi coniunctam penetrat: ita etiam in patria, fidelis anima per charitatem ab omni carnali concupiſcētia ſeparatur, & inceſſanter diuinis gaudijs penetratur. Et valde mirabile eſt, cum teſte Moyſe Deus noſter ignis conſumens ſit, & natura ignis ſit conſumere omnia in ſe, & iuxta ſe poſita, quod anima ex tanto feruore non conſumitur. Item licet anima ex ſingulis Dei operibus paruis, & magnis ad amorem Dei accendatur, ſpecialius tamen ex quibuſdā Dei operibus Domini Ieſu Chriſti vehementius inflāmatur, vt eſt incarnatio, natiuitas, circūciſio, baptiſmus, ieiuniū, corporis, & ſanguinis ſui cōſecratio; in cœna humilis pedū ablutio, mirabilis paſsio, glorioſa reſurrectio, mirabilis aſcēſio, Spiritusſāncti miſſio, ſuijpſius frequens in ſa-

cra-

cramento exhibitio, æquitas circa omnes in extremo iudicio. Nam hæc omnia quęlibet anima propter
19 ſe ſolam reputat eſſe facta. Eſt ibi aliud inflammans animā ad amandum Deum, ſcilicet diuina humilitas: de qua nimis admiratur anima. Nā Deus omnipotens ſingulis angelis ſanctiſque animabus in tantum ſe ſubijcit, quaſi ſit ſeruus emptitius ſingulorum: quilibet vero ipſorum ſit Deus ſuus. Ad hoc innuendum tranſiens miniſtrabit illis, dicens in
Pſ. 81. Pſal. Ego dixi dij eſtis, ſumme quippe perfectus Deus ibi complebit, quòd hic docuit; Quanto maior es humilia te in omnibus, qui quamuis præſit omnibus dignitate, & diuina maieſtate: omnibus tamen ſubijcitur humilitate. O quam raro conueniunt iſta duo omnibus præ eſſe per iuſtitiam, & tamē omnibus ſubeſſe per humilitatis gratiā: ideo numeret hæc anima cum amore. Valde autem inflammat amicitiam & conſeruat, numquam velle præ-

eſſe, vel parem eſſe; ſed omnibus, & in omnibus velle ſubeſſe. Hæc autē humilitas cauſatur ex multitudine bonitatis, & diuinæ nobilitatis, ſicut arbor ex multitudine fructuū inclinatur. Similiter inflammat ad diligendum Deum ſpecialiter humilitas Chriſti, qui cum in forma Dei eſſet æqualis Deo patri, non ſolum minorari voluit ab angelis: ſed & carnis peccati ſimilitudinem aſſumens: immo etiam excelſus ſuper omnes homines, factus eſt abiectio plebis, & opprobrium peſſimorum hominum. O immenſa humilitas quæ Deum impaſſibilem, & immortalem coegit eſurire, ſitire, laſſari, miſerabiliter mori, &c. Eadem humilitas coegit creatorē angelorum, & hominum inclinari ad infimam partem corporis piſcatoris, hoc eſt ad pedes Apoſtolorum, in lotura. Eadem humilitas incomprehenſibilem Dominum maieſtatis coegit frequenter venire ſub ſpecie panis ad conſolationē fidelium

20 in ſacramento. Eſt & aliud inflammans animam ad amãdum Deum, ſcilicet patientia diuina, quæ ibi apparuit, quando inimicis ſuis cẽtum annorum ſpatium ad viuendum dedit, quamuis in eadem malitia eos perdurare præſciuerat. O quanta diſſimulauit in illo tempore in paganis & Iudæis, quando electi ſui, & Iudæi præcepta ſua contempſerũt, ipſumque in deſerto varijs malis, & nouis inuentionibus irritauerunt, & cum chariſsimos prophetas ſuos nuntios occiderunt, ipſum etiã morte turpiſſima damnauerũt, & memoriam ipſius de terra penitus delere diſpoſuerunt, & Apoſtolos ſuos quibus mũdus non erat dignus miſerabiliter tractauerunt. Heu quantas iniurias diſſimulat à paganis, Iudæis, hæreticis, & falſis chriſtianis, qui etiã ab his qui chriſtiani videntur, & boni Chriſtiani: immo etiam religioſi, & in ſanctis religionibus conſtituti, tamquam inimicis continuè impugnatur. Sub

veſte enim religioſa diuerſa crimina infidelium committere non verentur, & Gloſſ. dicit ſuper Matth. quòd deteſtabilior eſt, qui ſub nomine fideli agit opera infideliũ quã aperte paganus. Pro ſingulis vicibus patientiæ diuinæ à principio mundi vſque ad finem, prouocatur anima valde ad amandum Deum æternaliter, quia tanta lucet virtus diuina cum vitia peccatorum diſſimulat, quanta lucet cum peccatores à vitijs emundat, & tanta fulget cum damnatos æternaliter cruciat, quanta fulget cum electos in æternum remunerat. Eſt ibi aliud ani- 20
mam inflãmans ad amandum Deũ, videlicet cognitio diuinæ fidelitatis quæ in hoc apparuit, quòd ſuper multiplicem conſolationem ſpiritualem prouenientem ex ſcripturis, ex lachrymis, ex deſiderijs ſanctis, ex diuinis officijs, ex ſanctorũ doctrinis & exemplis, ex laude, & gratiarum actione, ex oratione, & confeſſione, & ſimilibus: Deus pa-

ter corpus, & ſanguinem vnigeniti dilecti filij ſui Domini noſtri Ieſu Chriſti ſub ſpecie panis, & vini ad delectabilem refectionem animarum tam continuè miniſtrauit, in quo totum quod ipſe eſt, & habet cum Spiritu ſancto, in ſummo dedit. Nihil enim eſt extra corporalem, & ſpiritualem, & diuinam naturam. Corporalis vero apprehendit omne quod quinq; ſenſibus percipitur. Spiritualis natura continet angelos & animas, & omnia dona ſpiritualia, & virtutes. Diuina natura totum quod eſt optimum naturaliter in ſe habet. Cum ergo corpus, & ſanguinem filij ſui Deus Pater ſub ſacramento dedit, tunc corporalem ſubſtantiã in ſummo contulit: quando vero animam eiuſdem filij dedit, tunc ſpiritualẽ ſubſtantiam in ſummo tradidit, cuius anima omnibus angelis, & ſanctis animabus perfectior gratia in omni ſanctitate fuit. Inſuper in eo totam diuinam naturam obtulit om-

ne

ne bonum in ſe naturaliter, & æter naliter continētem, nec hoc ſemel tantum, aut bis in tota hominis vita fecit, immo quocũque tempore, quocunque loco à quocunque ſacer dote fideli bono, vel malo ſalutare illud ſacrificium in forma eccleſiæ oblatum fuerit, toties Deus pater cum Spiritu ſancto ſingulis animabus ſe totum ad fruendum exhibet; Sed heu pauci ſunt qui hanc fidelitatem perſpicaciter recognoſcunt; & heu pauciores ſunt qui ad perceptionem tanti muneris, vt in eis ſecundum ordinationem Dei continuè proficiãt, cum debita gratitudine ſe habilitare contēdant. O admirabilis fidelitas Ieſu Domini noſtri; qui mille ducentis annis, & amplius ab indignè conficientibus, & ſumentibus, & incantantibus, in ſacramento tantam elegit contumeliam ſuſtinere, vt in hoc tempore poſſet corpore, & ſanguine ſuo vnã animã ſatiare, cui nihil ſufficit teſte Auguſtino, quod ſit Deo minus.

Eſt & aliud inflammãs animam ad amandum Deum totis viribus, ſcilicet diuini mores perfectiſſimi: de quibus eſt alias materia ſpecialis.
21 Similiter vehemẽter accendunt animam ad diligendum Deum exempla ſanctiſſima Ieſu Chriſti, videlicet exempla caſtitatis, humilitatis, altiſſimæ paupertatis, obedientiæ, conſtantiæ, innocẽtiæ, diligẽtiæ, patientiæ, ſolicitudinis, taciturnitatis, aſperitatis, pœnalitatis, fidelitatis, gratuitatis, deſpectionis, puræ intentionis, perfectionis, zeli animarum, dilectionis inimicorum. Singula exẽpla gratiſſima ſunt hæc animæ, & omne deſiderabile in terris his comparari non poteſt in conſpectu ipſius, qui valde æternaliter in ſingulis delectatur; & quanto magis deſpectã, & pœnalia in ſæculo hoc reputantur, tanto ea amici Dei in præſenti, & in futuro maiori gratitudinẽ venerantur. Et quicquid bonum, & perfectum eſt, & ab omnibus collaudatur, hoc non tantum

ex

ex gratia; immo etiam naturaliter appetitur,& ideo ex hominum propria placentia coram Deo illius boni præmium minoratur, & quod bonum,& verè perfectum eſt,& non ſolum à malis; ſed etiam à bonis vituperatur,& deſpicitur,hoc ex gratia tantum appetitur, & non ex natura: ideoq; merces eius coram Deo integra reperitur. Et ideo appetenda ſunt magis exempla Ieſu Chriſti, & bona opera quæ ab hominibus reprobantur,ſed à Deo laudantur.De hoc dicit Hieronymus. Quis ſe maledici non deſideret, vt mereatur voce Chriſti laudari, & cæleſti copioſaque mercede remunerari. Vtinã ob domini mei nomen, atque iuſtitiam, cuncta infidelium turba me perſequatur & tribulet. Vtinam in opprobrium meum ſtolidus hic mundus exurgat, tantum, vt ego à Chriſto merear laudari, & ſuæ pollicitationis ſperare mercedem. Hinc opprobria,& detractiones patienter toleremus, vt Dei lau

dibus digni eſſe poſſimus . Nam ſi humanam laudem quærimus diuinam amittimus. Quiſquis enim ab hominibus laudatur, à Chriſto cul-
Luc.6. patur, ſicut ſcriptum eſt . Ve vobis diuitibus, &c. Eia quam beata eſt illa anima, in qua apparent ſingula veſtigia Ieſu Chriſti. Sic econ uerſo maledicta eſt anima illa in qua veſtigia diaboli locum habent. Diaboli veſtigia ſũt ſingula peccata mortalia. In quacunque anima ſingula exẽpla Chtiſti expreſſius ap parebunt de illis animæ præſentia omnipotens Deus, & omnes electi Dei abundantius æternaliter exul-
22 tabunt. Eſt & aliud ibi inflammans animam vehementer ad amorem Dei, ſcilicet miſerabilis, & venerãda paſſio Domini noſtri Ieſu Chriſti: de qua Bernardus. Hoc eſt quod magis mouet, magis accendit, calix domine Ieſu Chriſte quem bibiſti, opus redẽptionis noſtræ quod opus nemo alius, neque in cælo, neque in terra perficere potuit. In quo

opere inæſtimabilis fidelitas apparuit amoris. In mente punitus fuit tędio, triſtitia, & pauore: in corpore incomparabili dolore, iuxta illud. Attendite omnes ſi eſt dolor, ſicut dolor meus. Caput enim tremendum, dicit Bernardus angelicis ſpiritibus ſpinarum denſitate coronatur, facies pulchra præ filijs hominum ſputis peccatorum deturpatur, oculi lucidiores ſole, caligāt in morte. Auris quæ audit in cælis angelicos cantus, audiuit in terris peccatorum inſultus, crucifige, crucifige. Os quod docuit angelos, potatur aceto & felle. Manus quæ fundauerunt cælos extenduntur in cruce, dorſum virgarum, & flagellorum percuſſionibus plenum fuit, miles latus lancea perforauit, nec erat aliquod membrum in eo, quin ſpeciali pœna innocenter pro noſtris reatibus plecteretur. De hac innocentia exclamat Auguſtinus. Quid commiſiſti dulciſſimè puer, vt ſic iudicareris? Ego ſum culpa oc-

Thren. 1.

In Med. c. 6.

ciſionis tuæ. O ineffabilis myſterij diſpoſitio peccat iniquus, & punitur iuſtus, quod perpetrat ſeruus, exoluit Dominus, quod committit homo, ſuſtinet Deus. Ego inique egi, tu pœna mulctaris. Ego ſuperbiui, tu humiliaris. Eia quantus in patria animæ amor accenditur, vbi in ſingulis lachrymis Ieſu Chriſti opprobrijs, irriſionibus, colaphis, alapis, afflictionibus, vulneribus, liuoribus, guttis ſanguineis, in omni vita ſua effuſis, æternaliter anima delectatur. Hanc enim paſſionem quælibet anima totam pro ſe ſola reputat factam eſſe, ſecundum quod
Gal. 2. dicit Apoſtolus de Domino Ieſu. Qui dilexit me, & tradidit ſemetipſum pro me, non dicit pro nobis, ſed pro ſe ſolo reputans paſſum Dominum Ieſum Chriſtum. In præſenti vita ſingulorum prædictorum memoria cordibus noſtris infixa eſſe deberet cum amaritudine cõtinua, ad prouocandum in nobis diuinum feruorem iuxta illud ſponſæ in Canticis.

ticis. Faſciculus myrrhæ, ideſt cumulus amaritudinis, dilectus meus mihi, inter vbera mea cōmorabitur. Quāto enim maior ineſt hic animę de prædictis triſtitia, tanto maior de eo animæ, & cunctis amicis Dei erit lætitia, quando iuxta verbum Chriſti triſtitia in gaudium conuertetur. Similiter iugis recordatio prædictorum cedit in cumulum meritorum, vnde Bernardus. Ego fratres ab ineunte mea cōuerſione pro aceruo meritorū quem deeſſe ſciebam, hunc mihi faſciculum colligare, & inter vbera mea collocare curaui, & collectum ex omnibus anxietatibus, & amaritudinibus domini mei. Primum quidem infantiæ eius neceſſitatem: deinde laborum quos pertulit in prædicando, fatigationum in diſcurrendo, vigiliarū in orando, tentationū in ieiunando, lachrymarū in cōpatiendo, inſidiarū in colloquēdo, poſtremo periculorū in falſis fratribus, conuiciorum, ſputorum, colaphorum, ſubſannationum,

Cant. 1

Ser. 43 *in Cā.*

num, exprobrationum, clauorum, horumque ſimiliũ quæ in ſalutem noſtri generis in ſilua euangelica copioſa legitur pertuliſſe. Similiter horum frequens memoria monumentum eſt cuilibet animæ ad rependendam Domino Ieſu viciſſitudinem in hac vita, quæ etiam ex ſola volũtate viciſſitudinis nimium beatificatur, teſte Hieronymo. Verè illa anima felix eſt, & angelis exæquanda, quæ nomine, & opere Chriſti tanta quanta pro nobis ille
23 ſuſtuinuit, voluerit ſuſtinere. Eſt ibi aliud inflammãs animam ad amandum Deum, ſcilicet veritas diuina in promiſſis. Quicquid enim figuris, ſcripturis, figuraliter ſeu expreſſe per ſe, vel per ſanctos ſuos bonis, vel malis Deus omnipotens repromiſit, hoc totum abſque ambiguitate complebit, ſicut omnia compleuit quæ de eo ſcripta fuerant vſque ad turpiſſimam mortẽ crucis: ideo in fine guſtato felle dixit. Conſummatum eſt, ſupple quicquid de me

ſcriptũ eſt, Promiſit autem malis, *Deut.*
in Deuteronomio dicens: Congre- 32.
gabo ſuper eos mala. Nũquam tot
ſtillæ pluuiarum deſcenderũt in ter
ram, ſicut diuerſa mala impios ęter
naliter occupabunt. De quibus Bea
tus Auguſtinus ſcribit apertius: Væ
his quibus paratus eſt dolor ver-
mium, ardor flammæ, ſitis ſine ex-
tinctu, fletus, & ſtridor dentiũ, ocu-
lorum lachrymæ, tenebræ exterio-
res, pœna interminabilis. Vbi nul-
lus ordo, ſiue cognitio proximi, ſed
continuus dolor, & gemitus, vbi
mors optatur, & non dabitur; vbi
non eſt honor ſenioris, & regis, nec
Dominus ſuper ſuum ſeruum, nec
mater diligit filium, nec filiam, nec
filius honorat patrẽ, vbi omne ma-
lum, omnis indignatio & fœtor, &
amaritudo abundat. De hac ama-
ritudine dicit Iob. Quare data eſt *Iob* 3.
miſero lux, & vita his qui in ama-
ritudine animæ ſunt, qui quærunt
mortem, & non inuenient. Omne
viuens fugit mortem, propter acer-

bita-

bitatem mortis. Ibi autem mori deſiderant propter amaritudinem vitæ, & fugiet mors ab eis. Eia quanta miſeria vbi mors depaſcet eos; tamen mori nequeunt? Ibi in veritate ſine fine viuunt, ſine fine moriũtur, ibi odiunt Deum & ſeipſos, & numquam veniẽt in memoriam ante Deũ, ſicut vulnerati dormientes in ſepulchris, quorum non eſt memor amplius. Et Anſelmus: Ibi tormenta ſine fine, ſine interuallo, ſine temperamẽto, ibi tortores horribiles, qui numquam laſſeſcunt, numquam miſerentur, timor conturbat reum, conſciẽtia confundit, cogitationes increpant, fugere non licet; ligatis manibus proijciuntur in tenebras exteriores. De hoc dicitur in Eccleſiaſt. Factus eſt ſuper impios cataclismus, ideſt diluuium vniuerſale pœnarũ. Promiſit etiam bonis in Euangelio quod ſuper omnia bona ſua conſtituet eos, & quæ iſta bona ſint commemorat Iſa-
Iſa. 64 ias. Oculus non vidit, Deus abſ-
que

que te, quæ præparaſti expectantibus te. Sed de his nemo ſcit, niſi qui accipit,& qui dat; vnde Auguſtinus: Facilius inuenitur in æterna vita, quid ibi non ſit quam quid ibi ſit. Non erit ibi laſſari,& dormire non erit ibi eſurire, & ſitire; non erit quieſcere, & ſeneſcere & creſcere, quia naſci non erit ibi, vbi viui integri manent: tamen alibi aliquãtulum tangit quid ſit in vita æterna,in lib. vlt. de corporis, & animæ miſera vita. O caro, inquit, illam vitam amplecti debuiſti, vbi vita eſt ſine morte, iuuentus ſine ſenectute: lux ſine tenebris, gaudium ſine triſtitia, pax ſine diſcordia, volũtas, ſine iniuria, regnũ ſine diſiunctione hoc eſt Deus ſummum, & incommutabile bonum carens principio & fine; in quo omne bonum & immenſum naturaliter, & æternaliter, à quo omne bonum fluit tẽporaliter; ibi etiã dicit Auguſtinus, nihil extra quod appetatur, nihil intus quod faſtidiatur, nullũ bonũ

De ver. Do ſer. 64.

deerit,

deerit,neque bonis,neq; malis. Ex his prædictis patet,quia fidelis De⁹ in omnibus verbis ſuis. Modo etiā multa latent ſub pallio, & infinita quæ videntur valde bona & non ſunt,& infinita videntur mala, quæ iuſta,& bona ſunt, ſed in iudicio in omnibus veritas patefiet, quando Deus manifeſtabit conſilia cordiū,
Eccleſ. 11. vnde in Eccleſiaſt. In fine hominis, denudatio operum eius; de quo Au guſtinus dicit. Multa facta quæ ab hominibus improbanda videntur, teſtimonio tuo Domine probata ſunt, & multa ab hominibus laudata te teſte damnantur, cum ſæpe ſe aliter habeat ſpecies facti, & aliter animus facientis, atque aliter articulus occulti tēporis.
24 Eſt ibi aliud animam inflammans ad Dei amorem, ſcilicet diuina miſericordia,
Eccleſ. 2. de qua in Eccleſiaſtico ſecundum magnitudinem eius, ſic & miſericordia eius cum ipſo eſt, ſed magni
Pſ.114 tudinis eius non eſt finis,dicit Pſal.
Hier. 23. Et dominus, Cælum & terram ego im-

impleo : ita & miſericordia ſua menſuram non habet, & omnia im plet, quæ ſunt in cælo, & in terra, & ſub terra. In cælo apparet eius miſericordia, in angelis & sãctis, quia ſingulis cõtulit beatitudinem pluſquam meruerunt, quam ſperauerunt, quam deſiderauerunt, quam cogitauerunt. In terra lucet eius miſericordia circa bonos, quia eos præuenit per gratiam, vt bonum velint, & ſubſequitur per gratiam, vt bonum volitum perficiant, & in bono opere perſeuerent. Quibus tantum vnitus eſt per miſericordiam, vt quicquid eis fit in bono, vel in malo, ſibi reputet eſſe factum; iuxta quod ipſe dicit. Qui tãgit vos, quaſi qui tãgit pupillã oculi mei. Item *Iſa.* 10
q vos recipit, me recipit, & qui me recipit, recipit eum qui me miſit, & qui vos ſpernit, me ſpernit. Et quod 11
vni ex minimis meis feciſtis, mihi feciſtis; vbi dicit Gloſſ. Minimi sũt, qui nihil penitus habẽt in hoc mundo, & iudices erunt cum Chriſto. Et

Saulo

Saulo perſequenti Chriſtianos dixit. Quid me perſequeris, cum ipſum numquam tãgeret, ſed fideles. Circa malos in terra ſimiliter lucet eius miſericordia, cum eis diu parcit, quos iuſtè ſubito damnare deberet pro primo peccato;& quandocunque neceſſitas cogit ad pœnitentiam, nec vitæ enormitas, nec horæ extremitas, ſi pura ſit voluntatis commutatio excludit à venia, ſed mater charitas in ſinus ampliſſimos filios prodigos recipit pœnitentes, immo dicit Bernardus. Plene & miſericorditer indulget Deus; non damnat vlciſcendo, nec improperat confundendo, nec minus diligit imputando. In inferno etiam lucet eius miſericordia circa dæmones,& damnatos homines, eo quod ſingulos punit citra condignum. 'In tantum enim contrariatur vitium ſummo bono, quod eſt Deus, vt ſapientiſſimus quiuis excogitare non poteſt pęnam aliquam mortali peccato dignè reſpondentẽ. Cum Deus
im-

immenſus ſit, & omnipotẽs qui gra uiſſimè per peccatũ offenditur cũque omnis pœna taxari debet ſecũdum conditionem eius qui offenditur,& cum Deus omnia diſponat in numero pondere & menſura, nequaquam poſſent ad dignè puniendũ mille inferni,vnico vitio reſpondere. In purgatorio ſimiliter ap- 25
paret eius miſericordia,ex eo quod ibi purgat animas quæ ſine purgatione claritatem vultus eius minimè ferre poſſent, qui etiam ex immenſa miſericordia ordinauit, vt quibus propria desũt merita,ij alienis ſuffragijs adiuuentur. In hoc apparet maxima eius miſericordia cũ Deus non exaudiat peccatores pro ſeipſis,ſicut dicit in Euangelio: Omnia tamen valẽt eis qui ſunt in purgatorio,quæ à peccatoribus inimicis Dei fiunt pro ipſis. Et cum ſacerdos in mortali peccato miſſant celebrat pro defunctis, licet in tali opere damnationem æternam mereatur, ipſis etiam valet ad pœna-

rum diminutionē. Deus enim non recipit illud ſacrificiū in perſona ſacerdotis mali: ſed in perſona eorū, qui in charitate de hoc ſæculo migrauerunt. Similiter lucet eius miſericordia circa eos qui ſunt in limbo, quia nulla pœna corporali punit illos, videlicet fame ſiti, vel frigore, calore, laſſitudine, labore, vel ægritudine, quia etiam potius volunt eſſe quam non eſſe, nec iſti, nec illi, qui ſunt in inferno Deum non poſſunt arguere, quia non fecit eis iniuriam, quibus non tenetur dare gloriam ſempiternam. Vnde dicit Gloſſ. ſupra illud. An non habet poteſtatem figulus, &c. Totum genus humanū in apoſtatica radice damnatum eſt, vt etiam ſi nullus inde liberaretur, nemo tamen poſſet vituperare Dei ſententiam, vnde tamen Dominus diſpenſauit, vt nec omnes damnaret, nec omnes liberaret. Si enim omnes liberarentur, lateret quid peccato per iuſtitiam deberetur: ſi vero damnarentur, la-

teret

teret,quid gratia largiretur. Eſt & 26
aliud animam ad amandum Deum
inflammans, ſcilicet Dei iuſtitia,
quæ primo ibi apparuit, cum quoſdam angelos ſponte auertentes ſe
à ſummo & æterno bono, nullo extrinſeco impellente in miſeriam
æternam deiecit. Alios vero adhærentes ſummo bono, mox in gratia
confirmauit. Poſt hæc iuſtitia Dei apparuit, quando ex præuaricatione Adæ ſolius totum genus humanum pœnalitatibus diuerſis,& morti ſubiecit.Et merito quidem.Nam
ſicut omnes homines,ſi ſolus Adam in præcepto Dei continuo perſtitiſſet, æternæ vitæ gloriam percepiſſent: ita omnes homines de lumbo eius procedētes merito mortis ſententiam acceperunt. Sed in hoc etiam apparuit diuina iuſtitia, quòd angeli à nullo iuuari poterant, nec debebant qui per ſe abſque vlla extrinſeca tentatione ceciderunt. Homo vero per virtutem alterius iuuari poterat & debebat, qui per frau-

dulentam alterius ſuggeſtionem ce
ciderat. Et hoc factum per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, benedictus Deus in æternum. Item ibi
27 apparebit iuſtitia Dei quę nunc occulta eſt, quare vni dat gratiam alteri negat, ſicut dicit Apoſtolus de Eſau, quòd propter vnam eſcam vēdidit primogenita ſua, & poſtea cupiens hæreditare benedictionem reprobatus eſt, quamuis cum lachrymis inquiſiſſet eam. Sed propter lachrymas Ezechiæ Regis ſententiam mortis, quam contra ipſum tulerat ſubito reuocauit, quindecim annos vitæ ipſius adijciens, facienſque magnum prodigium in ſole, quod per decē lineas quas iuerat retroceſſit. Similiter Dauid petenti veniam, peccatum indulſit. Sauli vero cum peteret, non indulſit, ſed pro vindicta peccati regnum illi tradidit quem odiuit. Similiter quibuſdam dat ex occulto iudicio quandoq; magnam, & multiplicem gratiam, quos ſcit ſecum æternaliter

ter non manſuros, vt Iudæ, de quo dicit Petrus. Sortitus eſt ſortem miniſterij huius in ſignis, & prodigijs faciendis. Alijs vero dat minorem gratiam, quos ſcit ſecum finaliter permanſuros, vnde Gloſſ. ſuper id Rom. 2. Quē vult indurat, obdurat ait, nō impartiēdo malitiam, ſed non impartiēdo miſericordiam his quibus non eſſe impartiendam occulta ęquitate, & ab humanis ſenſibus remotiſſima iudicat. Circa eos qui sūt in purgatorio lucet Dei magna iuſtitia, quòd electos ſuos tantam aſperitatem permittit ibi pro ſuis reatibus ſuſtinere, qui in hac vita breui tempore per modicam ſententiam omnia peccata teſte Auguſtino poterant abolere. De qua aſperitate dicit Auguſtinus, Ignis purgatorius etſi æternus non ſit, excellit tamen omnem pœnam; numquam in carne inuenta eſt tanta pœna, licet martyres innumerabiles paſſi ſunt tormenta. ¶ Item iuſtitia ſumma apparebit in extremo

Act. 1.

28.

iudicio, cum nullius perſonam accipiet:ſed iudicabit paruum,& magnum, cum nullius acquieſcet precibus,nec ſuſcipiet pro redemptione dona plurima, de quo in Eccle-
Eccleſ. 11. ſiaſt. Cuncta quæ fiũt adducet Deus in iudiciũ pro omni errato, ſiue bonum, ſiue malũ ſit. Vbi dicit Gloſſ. quod etiam pro verbo otioſo,etiam ignoranter prolato;vnde Auguſt.in 2. lib. De domo diſciplinæ Dei dicit: Quid faciemus in die illa,cum cœperit ſedere aduerſus nos, & diſceptare, atque ante faciem noſtrã peccata noſtra ſtatuere, accuſatores acerbiſſimos adhibere, & omnia ſua quæ nobis contulit beneficia comparare cum noſtris ſceleribus? Omnia enim appendentur in ſtatera iuſtitiæ, verba & facta & cogitationes noſtræ. Non erit tempus olei mutuandi à prudẽtibus virginibus, vel comparandi à vendentibus, non erit tempus vllius dilationis: ſed terribile & iuſtum iudicium. De omnibus prædictis in hac

vita

vita merito eſſet Deus ab anima ſuper omnia diligendus.

Primum principale fruitionis per Deum. Cap. III.

IBI etiam fruetur anima Deo per Deum. Fruitio eſt delectatio proueniens ex coniunctione intellectus, & affectus in Deum. Cum enim anima figit intellectũ in ęternitatem, immenſitatem, omnipotentiam ſapientiam, bonitatem, largitatem, charitatem, nobilitatem Dei, &c. ſtatim affectus animæ delectatur in ſingulis intellectis. Non ſolum autem delectatur in ſingulis quæ in Deo ſunt. Immo etiam fruitur Deo in ſingulis angelis & ſanctis, & ſingulis virtutibus & donis eorum gratuitis & naturalibus. Et ita ſecũdum Apoſtolum, Deus erit omnia in omnibus, ideſt, ipſe in omni quod ipſe plenè, & propriè poſſidebitur in ſingulis quę ab ipſo ſunt, ſcilicet in angelis & sãctis. De hac 1. Cor. 15.

Iſa. 50 fruitione dicit Iſaias. Tunc videbis & afflues, & mirabitur, & dilatabitur cor tuum. Videbis intellectu diuinam naturam & diuina opera, & afflues deliciando in ſingulis, & mirabitur cor tuum trinitatem in vnitate, & vnitatem in trinitate, & ſingula opera diuina; & quomodo in ſingulis ipſe ſit totus, & dilatabitur cor tuum ad ſuſcipiendam Trinitatem cum omni quod habet, &
29 poteſt. Hanc delectationem non operabitur in anima, neque fides, neque ſpes, neque deuotio, neque aliqua virtus, ſicut modo operantur delectationem in anima, ſed ipſe Deus, ſicut ipſe per Iſaiã teſtatur,
Iſa. 66 Quomodo ſi cui mater blandiatur: ita ego ipſe cõſolabor vos, quia delitiæ meæ eſſe cum filijs hominum.
Prou. 8 Ad hanc delectationẽ vocabat Dominus olim per Prophetam Iſaiã
Iſa. 55 dicens, Omnes ſitientes venite ad aquas, & qui non habetis pretium; venite bibite abſque vlla commutatione vinum, & lac. Vinum diui-

nitatis, & lac humanitatis, & poſtea cum magno deſiderio perſonaliter inuitauit. Stabat enim in die magnæ feſtiuitatis vbi multi conueneraut & clamabat: Si quis ſitit, veniat ad me & bibat, & in Matthæo: *Ioan. 7* Venite ad me omnes qui laboratis & onerati eſtis, & ego ipſe reficiam vos; non per aliquos miniſtros; ſed per meipſum. Et in Apocal. gratis affert delectationẽ dicẽs. Qui vult accipiat aquam vitę gratis, neminẽ ad hoc cogẽs, & ꝙ in hac vita tã frequẽter exhibuit, fideliter ibi dabit. *Matt. 11.*

Secundum prinçipale fruitionis ad Deum.

IBi anima fruetur Deo ad Deum. 30
Omnis quippe delectatio quam percipit anima in creaturis in hac vita quam plurimum elõgat àDeo, quia non tota reuertitur in Deum: ſed hæret aliquantulum in creaturis; iuxta illud Gregorij. Anima ſine delectatione nequaquam eſſe poteſt.

poteſt. Aut enim delectatur in infimis, aut in ſummis: & quanto acriori cura inardeſcit ad infima, tãto torpore dãnabili frigeſcit à ſummis. Ceſſante vero omni delectatione circa creaturas in futuro, introducet Dominus Ieſus fidelẽ animam in delectationẽ ſolius creatoris, per illud verbum, Delectare in Domino, &c. Quæ delectatio hic tam modica, quòd tota intrat in animam; illic vero tanta eſt, quòd non poteſt tota in animam intrare; ſed anima intrabit in illam: iuxta illud Auguſtini. Non totum gaudium intrabit in gaudentes, ſed toti gaudentes intrabunt in gaudium; quod autem ex delectatione creaturarum anima impediatur à delectatione Creatoris, hoc præfiguratum eſt in Iudæis quibus nequaquã dedit manna durante farina, circa triginta dies, quam tulerant ex Ægypto, qua ceſſante, prꝑſtitit eis panem de cælo habentem in ſe omne delectamẽtum, & omnem ſaporem ſua-

Pſ. 36.

ſuauitatis, & vniuſcuiuſque voluntati deſeruiens ad id quod quiſque volebat conuertebatur. Eia quanta erit delectatio in creatore, qui tantam delectationem poſuerat in pane. Hoc manna promittit Dominus Ieſus in Apocalypſi. Nemo nouit niſi qui accipit, ideſt experitur, hoc eſt, ille ſolus qui guſtat, iuxta illud. Guſtate & videte, quoniam ſuauis eſt Dominus. Amantibus nota eſt dulcedo, quæ timentibus eſt abſcondita & incognita. Aliquantulum tamen explicat Auguſtinus, quæ ſit illa multitudo dulcedinis, hoc eſt ſummus Deus; de quo ſic dicit in lib. de Trinitate. Quicquid amabitur aderit, & ſummus Deus ſummum bonum erit, atque fruendum amantibus præſto erit; quodque omnino beatiſſimum erit: ita ſemper forte certum erit. O quanta iucunditas ex Dei præſentia, vbi tanta eſt ex Dei memoria in hac vita, vnde Auguſtinus. Quid eſt quod in dilecti mei recordatione, quan-

Apoc. 2.

Pſ. 33.

doque

doque me tangere ſolet; & tam vehementer, & tam ſuauiter me afficit, vt à meipſo quodãmodo alienari, & retrahi incipiam; ſubito totus innouor & immutor; & bene mihi eſſe incipit pluſquam dicere ſufficio: Ambroſius de eodem. Memoria tua ſuper mel dulcis; meditatio de te plus quam cibus ſuauis.

Tertium principale fruitionis propter Deum.

31 IBI etiã anima fruetur Deo propter Deum; hoc proprium eſt frui, rei amore inhærere propter ſeipſam, nõ propter aliud commodum. Delectatio qua anima Deum comprehendit accendit eam ad deſiderandum multo vehementius diuinæ gloriæ manifeſtationem quam propriam beatitudinem. Valde enim manifeſtatur diuina gloria, dum ſe fideli animę Deus exhibet ad fruendum, & tanta puritate afficitur anima circa Deum; vt ſi vnum deberet eli-

eligere de duobus, vel æterna carere beatitudine, vel diuinam voluntatem in ſe, vel in alijs impedire; multo libentius vellet æterna fœlicitate priuari, quàm Dei voluntatem in aliquo retardare, & magnã ſibi reputaret beatitudinẽ cum proprio detrimento diuinam in omnibus implere voluntatem. Sic Eleazarus ſicut ſcriptum eſt in lib. Machabæorum, potius voluit in inferno puniri, quàm præ timore mortis mãdatum legis tranſgredi. Eia quàm iuſtum eſt, vt creatura multo abundantius intendat in omnibus creaturis quàm ſibi, qui tã fideliter curam generis humani peregit, qui ꝑ homine factus eſt homo, vt per hoc fieret homo Deus, qui tã dura ſuſtinuit vulnera, qui in verbis habuit contradictores, in factis obſeruatores, in morte illuſores, vnde Apoſtolus. Qui viuit, iam non *2.Cor.*
ſibi viuat, ſed ei qui pro omnibus 5.
mortuus eſt. Cui ſi vellet homo vicem rependere non poſſet, teſte

Iob:

Iob 9. Iob: vnum pro mille reſpondere. Hoc etiam teſtatur Bernardus dicens. In opere creationis me mihi dedit, in opere redemptionis vbi ſe mihi dedit, me mihi reddidit. Datus ergo & redditus, me pro me debeo,& bis debeo. Quid ergo retribuam Deo dignè pro ſe. Nam ſi mil leſies me rependere poſſem, quid
32 ſum ego ad Deum. Ibi etiã fruitur anima bonitate Dei. Deus bonus eſt & valde bonus, & ſolus bonus & ſuper omnia: quod bonus ſit,& multum bonus, teſtantur pariter omnes
Gen. 1 creaturæ ab ipſo procedentes. Nam ſcriptum eſt: Vidit Deus cũcta quę fecerat, & erant ſingula per ſe bona, in vniuerſo bona valde. Vnde ſicut vnaquæque arbor ex fructu bono bona cognoſcitur, ita omnis creatura bona, & multũ bona Deũ bonum, & valde bonum efficaciter proteſtatur. Item ipſe ſolus bonus eſt, iuxta illud verbum Domini Ieſu; cum quidam reſponderet: Nemo bonus, niſi ſolus Deus, ſeipſum

& Spi-

& Spiritum ſanctum non excludẽs; cum vterque ſit ſolus & verus Deus, & ſolus Deus naturaliter eſt bonus. Bonitas creaturarum viſibilium, & inuiſibilium nõ eſt ipſis innata, ſed ab ipſo duxit originem; iuxta illud Iacobi, Omne datum optimum, *Iac. 1.* ſcilicet naturale, & omne datum perfectum, ſcilicet gratuitum, deſcendens à patre luminum. Item ſuper omnia bonus eſt, iuxta illud Auguſtini, Neque vlla anima poterit cogitare verè aliquid, quod ſit te melius, qui es ſummum bonum, & optimum bonum. Omnis enim bonitas cæleſtium, & terreſtrium comparata diuinæ bonitati, malitia eſt. Hæc immenſa bonitas, neque ſcribi, neque dici poteſt, neque cogitari. Si enim omnes cæleſtes ſpiritus, & maligni, & omnes animæ creatæ, & creandæ ſcribere vellent bonitatem diuinam, & ſi quilibet haberet maris abundãtiam pro inchioſtro, & cælum pro pargameno, tam immenſus eſt Deus, quòd an-

tequam

tequam mediam partem bonitatis ſcriberet, mare cuiuſlibet eſſet ſiccum,& cœlum cuiuſlibet eſſet repletum, quòd nec capere vnam litteram poſſet, ſed verbum citius eſt dictum quam ſcriptũ, & ſi omnes ſtellæ, & ſingulæ guttæ pluuiarum eſſent linguæ, & proponerent diuinam bonitatem eloqui, tam ineffabilis eſt bonitas Dei antequam tertiam partem bonitatis enarrarent, omnes pariter eſſent mutæ. Citius vero eſt aliquid cogitatum, quàm vel dictum, vel ſcriptum. Vnde ſi tota arena maris, & ſingula ſemina orta de terra eſſent corda,&vellent ſcrutari bonitatem Dei, tam ſuper bonus eſt,antequam decimam partem bonitatis eius inueſtigarent, omnia corda citius ſcinderentur. Hæc immeſa & ęterna bonitas principium eſt, & cauſa omnium creaturarum,ad cuius fruitionem æternam angeli,& homines creati ſunt. Vnde Auguſtinus. Credimus rerum creatarum; viſibilium & inuiſibilium.

ſium, cæleſtium, terreſtrium non eſ ſe cauſam, niſi bonitatem Creatoris, qui eſt Deus vnus & verus. Cuius tanta eſt bonitas, vt ſummè bonus beatitudinis ſuæ qua æternaliter beatus eſt aliquid velit eſſe particeps, quam vidit communicari poſſe, & minui omnino non poſſe. Illud ergo bonum, quod ipſe erat, & beatus erat, ſola bonitate, non neceſſitate alijs communicare voluit, quia ſummi boni erat prodeſſe velle, & omnipotentiſſimi nocere non poſſe, quia non valet aliquis beatitudinis eius particeps exiſtere, niſi per intelligētiam, quæ quanto magis intelligitur, tanto plenius habeatur. Fecit Dominus rationalem creaturam quæ ſummum bonum intelligeret, & intelligendo amaret, amando poſſideret poſſidendo frueretur, & ſic æternaliter beatificaretur. Ibi etiam fruetur anima con- 33
delectatione Patris, & filij & Spiritus ſancti, quæ ſummum bonum eſt & vita æterna. Deus Pater ſupra

H mo-

modum delectatur in beatitudine filij, & filius ſimiliter in beatitudine Patris, & Pater, & filius in beatitudine ſancti Spiritus, & ſimiliter Spiritus ſanctus in beatitudine vtriuſque. Quælibet trium perſonarum delectatur tantum in altera, quantum in ſeipſa, nam omnium trium vna eſt, & eadem beatitudo. Et hæc condelectatio eſt eis ex mutua, & veriſſima charitate, vnaquæque trium perſonarum dicit alteri: verbum illud in Ioanne, quod dixit
Ioã. 17 Dominus Ieſus Patri. Omnia mea tua ſunt, & tua mea ſunt, ideo quicquid tu es, ego ſum. Et quicquid ego ſum, & verè tu es. Ad deſiderium huius condelectationis inuitat ſideliter fideles ſuos Dominus Ieſus; Petite, inquit, vt gaudium veſtrum plenum ſit, & accipietis. Plenitudo æterni gaudij eſt fruitio condelectationis ſanctæ Trinitatis. Hæc eſt torrens voluptatis, de quo
Pſ. 35. Dauid dicit, De torrente voluptatis tuæ potabis eos: Qui torrens dii
citur.

citur propter abundantiam, quæ in Deo eſt, vnde vero producat iſte torrens, dicit Pſal. Apud te eſt fons vitæ: Fons vitæ eſt Dei æterna, & immenſa largitas. Aqua fontis eſt gaudium ſempiternum, nec ſufficit ſemel, aut bis, aut milleſies potare de iſto fonte, ideo fidelis anima æternam habebit in illo fonte quietem & beatiſſimam manſionē; cum vnicuique dicet Dominus. Intra in gaudium Domini tui: in hac vita gaudium totum diuinum intrat in gaudentes, quia modicum eſt, & momentaneum quod hic percipitur. Illic vero non totum gaudium intrabit in gaudentes, ſed toti gaudentes intrabunt in gaudium, vt dicit Auguſtinus. Qui in hac delectatione ſanctæ Trinitatis fruitur ſemper; quid eſt, quod illic erit, & quid eſt quod illic non erit? Certè quicquid volet erit, & quicquid nolet non erit; dicit beatus Auguſtinus. Ibi etiã anima valde delectabitur in cõtinua viſione delectabilis vultus *Ibid.*

Dei, de qua dicit Gloſſ. ſuper Pſal. Qua viſione nihil delectabilius, quia ſemper amabunt quem ſemper videbunt. In ea tanta eſt delectatio, quod teſte Auguſtino, ſi poſſent mali, mallent eſſe in pœnis, & Deum videre, quam eſſe extra pœnas, & Deum non videre. Illa enim facies delectabiliter mirabilis eſt, & plena gratiarum. Itaque omnis pœna eorũ citius deleretur ex intuitu faciei, quam vna ſcintilla in me-
34 dio maris extingueretur. Similiter nimis delectabiliter in vultu corporeo Ieſu Chriſti, in quem teſte bea-
1.Pet.1 to Petro, Angeli deſiderant proſpicere, vbi cauſam deſiderij ponit Gloſſ. dicens, Tanta eſt eius qui pro nobis paſſus eſt gloria hominis poſterior, vt etiam angelicæ virtutes in cælo, cum ſint æterna fœlicitate perfectæ, non ſolum immortalis Deitatis magnificentiam: ſed aſſumptæ eius humanitatis claritatem ſemper aſpicere gaudeant; ſed cur cernere eius faciem deſiderant,
&

& numquam cernere ceſſant ? niſi quod contemplatio diuinæ præſentiæ adeo angelos beatificat, vt ſemper eius viſa gloria ſatiétur, & ſemper eius dulcedinem quaſi nouam inſatiabiliter eſuriant. Ibi ergo angelicæ virtutes, & beatę animæ ſemper eſuriunt, & ſemper ſatiantur, de qua ſatietate dicit Gregorius. Ne ſit in deſiderio anxietas ſatiantur: ne autem in ſatietate ſit faſtidium, ſatiari deſiderant. Deſiderant ergo ſine labore, quia deſiderium ſatietas comitatur, & ſatiantur ſine faſtidio, quia ſatietas ex deſiderio ſemper accenditur: ibi ſingula ſputa, ſingulæ lachrymę, ſingulæ guttæ ſanguineæ, quæ tempore paſſionis per illam venerandam faciem defluebant, ſingulis angelis & ſanctis gerebunt ſpecialem delectationé ęternã. De hac facie paſſibili, & mortali dixit olim Dominus Ieſus diſcipulis, Beati oculi qui vident, &c. Ergo beatiſſimi ſunt oculi qui continuè glorioſam eandem

faciem intuentur. Notandum de claritate vultus Ieſu Chriſti in Euãgelio ſcriptum eſt. In reſurrectione fulgebũt ſingularia corpora ſanctorum, ſicut ſol, & animæ iuſtorum multo amplius fulgebunt, & anima lucidior lucidius corpus habebit; in ſuper ſinguli angeli clariores ſunt ſole. Omnem iſtam claritatẽ congregatam excellit claritas vultus Ieſu Chriſti, ſicut dies clariſſima excellit noctem tenebroſam, & ciuitas cæleſtis non eget ſole, neque luna, neque ſtellis; ſed claritas vultus illius agni, teſte Ioanne in Apocalypſi illuminabit eam. Vultus iſtius agni eſt candor lucis æternæ, & ſpeculum ſine macula, vt dicitur

Sap. 7. in lib. Sapientiæ, qui olim dixit ad Patrem, quos dediſti mihi, volo vt vbi ego ſum, & illi ſint mecum, vt videant claritatem meam, & ibi dicit Gloſſ. Claritatem quam dediſti mihi, des ſingulis ad fruendum æternaliter: ſimiliter in hac vita continuè deberemus frui Deo tãquam

repleme-

ræ pleniſſimè propria in omnibus operibus, & ad omnia opera in omnibus donis, & ad omnia dona. Ad hoc enim teſte Iſaia. Filius Dei datus eſt nobis propriè ad fruendum. Magna cæcitas, & nimia ſtultitia eſt in multis qui ſemper Deũ quærunt, continuè ad Deum ſuſpirant, frequenter Deum deſiderant, quotidie in oratione ad Deum clamant & pulſant, cum ipſi ſecundum verbum Apoſtoli ſint templum Dei vi- 1. Cor,
ui, & Deus veraciter habitet in eis, 3.
cum anima ipſorum ſit ſedes Dei; in qua cõtinuè requieſcit: Quis vnquam niſi ſtultus quærit inſtrumentum foris ſciens quod habet reclusum, aut quis vtiliter vti poteſt inſtrumento quod quærit, aut quis confortatur cibo quem appetit; ſed non guſtat, Sic etiam vita cuiſlibet iuſti Deum ſemper quærentis; ſed numquam fruentis, & omnia opera eius minus perfecta ſunt.

Primum principale vnionis per Deum. Cap. IIII.

IBI etiam vnitur Deo per Deum: cum cõſuetudines & mores Dei nos inceſſanter tenere, vel habere dignoſcitur, cum diuinæ voluntati, exemplis Ieſu Chriſti ſanctiſſimis conformatur, cum ſingulis virtutibus, & donis Spiritus ſancti ſecundum ordinationẽ Dei ęternam perfruitur, cumque diuinæ potentiæ, ſapientiæ, bonitatis, veritatis, & totius diuinæ beatitudinis particeps efficitur. Hæc vnio præfigurata eſt in libro Regum: vbi anima Iona-
1. *Reg.* thæ conglutinata eſt animę Dauid,
18. & dilexit eum quaſi animam ſuam, quando fidelis anima ſic Deo coniungitur, quòd omne communicabile percipit per gratiã, quod Deus per naturam, quia Deus Pater di-
Luc. 15 cet vnicuique fideli, Fili, tu mecum ſemper es, & mea omnia tua ſunt, Ideoque ſinguli electi fiunt dij; iux-
Pſ. 81. ta quod in Pſalmis dicit. Ego dixi

dij

dij eſtis; hæc vnio fidelis animæ ad Deum fit per Dei filium, quia ideo naturam aſſumpſit humanã, vt per ipſam eadem tranſiret ad vnionem diuinam. Hanc vnionem impetrauit filius Dei in oratione deuotiſſima, dicens ad patrem: Sicut tu pater in me, & ego in te, vt & ipſi in nobis vnum ſint: & iterum ego in eis, & tu in me, vt ſint conſummati in vnum; ibi eſt conſummata vnio, vbi pater & filius vnum ſunt, & filius exiſtens caput Eccleſiæ cum membris ſuis, id eſt, cum cunctis fidelibus ad paternam tranſit vnionem. *Ioã.17*

Secundum principale vnionis ad Deum.

IBI anima vnitur Deo ad Deum, & illa vnio animæ fidelis cum Deo non habet interpolationem: ſed iugiter fidelem animam conſtringit ad Deum, quia per Deum fit, de qua dicit Dominus. Iterum vide- 35 *Ioã.17*

videbo vos, ſcilicet in mortè, vel in extremo iudicio; & gaudium veſtrum nemo tollet à vobis. Videre Ieſu Chriſti nihil aliud eſt, quam fidelé animam inſeparabiliter vniri Deo Patri. Gaudium animæ eſt, quod nemo aufert, delectabiliter vniri, & taliter vniri, vt prædictum eſt ſanctæ Trinitati. In mundo vero vnio ad Deum miſerabilis, & inconſtans eſt, quæ numquam in eodem ſtatu permanet, teſte Iob, quæ ex facili leuiſſimis tentationibus à Deo penitus ſeparatur, quæ etiam à familiaritate Dei peccatis venialibus elongatur. Eia quam vehementer ſuſpirandum eſſet ad illam beatam vnionem, quantam putas delectationem anima fidelis ſentiet in illa beatiſſima vnione, quæ tantam percipit ſuauitatem in Domini
Pſ. 76. recordatione; de qua Pſal. Renuit cõſolari anima mea in aliquibus tranſitorijs. Memor fui Dei, & delectatus ſum, ſed quid ſequitur illam delectationem; reſpõdit Iſa.
Me-

Memoria memor ero, de illius vnionis delectatione, & tabeſcet in me anima mea, in eo quod elongor ab eius fruitione, vnde Gregorius ſuper illud Cant. Meliora ſunt vbera tua vino, quia in æterna per ſpeciem, & per ſublimitatem contemplationis tranſcenditur, quicquid de te modo per fidem, vel per ſcripturam ſcitur. Et odor vnguentorum tuorum ſuper omnia aromata, ideſt bona illa quæ per contemplationem præparas omnia huius vitæ tranſcendunt munera.

Tertium principale vnionis per Deum.

ITEM anima fidelis vnitur ibi Deo propter Deum. In illa namque vnione non attēdit anima principaliter, quod ſibi vtile eſt, ſed purè ſuper omnia quod Deo magnificum eſt. Valde enim magnificum eſt Deo, & honorificum homini vniri Deo in æterna beatitudine. Vnde 36 *Ioā.* 17

Iob.

Iob.7. Iob. Quid eſt homo, quia magnificas eum, iſtam magnificentiam manifeſtè pronunciabunt omnes e-
Pſ.134 lecti Dei; iuxta illud. Magnificentiam gloriæ ſanctitatis tuæ loquentur; & mirabilia tua narrabunt. Mirabilia ſunt infimum vnire ſummo, & æternaliter coniungere veritatem æternam vanitati. Eſt autem Deus verax, ſecundum Apoſtolum.
Pſ.115 Et omnis homo mendax, & vanitas ſecundum Pſal. Magna mirabilia ſunt, quòd illa vnione obliuiſcitur naturæ ſuæ, hoc eſt quòd ſemper ſuper ſe reflectitur quęrens propriam vtilitatem ſuam, & non alterius; vbi vero nihil quærit, niſi quod eſt laudabile creatori. Ibi anima vnitur Deo in libertate quę eſt de præcipuis donis inter omnia Dei dona, licet libertas in hoc mundo ſit initium omnis mali, de hac dicit Apo
Rom.3 ſtolus. Creatura liberabitur à ſeruitute corruptionis in libertatem filiorum Dei, vera libertas eſt in cælis, vbi nemo ligatur peccatorũ

vin-

vinculis, quæ vera vincula ſunt;iux
ta illud Prouerbiorum. Iniquitates *Prou.5*
ſuæ capient impium,& funibus pec
catorum ſuorum quiſque conſtrin-
getur. Quòd autem peccatis inuo-
luti liberi non ſint omnino teſtatur
Dominus in Ioanne. Qui facit pec *Ioan 8*
catum, non eſt liber,ſed ſeruus pec
cati, vnde dicit Anſelmus. Pecca-
re non eſt libertas, nec pars liber-
tatis. Poſſe enim peccare potius eſt
non poſſe, quàm poſſe. Quiſque e-
nim hoc non poteſt quod ei nõ ex-
pedit: quanto magis hoc poteſt,tan
to magis aduerſitas, & peruerſitas
poſſunt in illum. Heu quanta facit
& ſuſtinet miſer homo pro explen-
da libidine quę grauiſſima eſſent ei
qui ex corde peccata odiret non in
promptu eſt, quia grauiter pecca-
torum vinculis conſtrictus eſt. Item
ibi facit quilibet, quicquid vult,
quia nihil mali vult; ſed omne bo-
num quod Deo placet, quia radix
omnium operum eſt ibi charitas,de
qua dicit Auguſtinus. Habe chari-

tatem,

37 tatem, & fac quicquid vis. Item ibi
habet quilibet quicquid vult, quia
nihil mali vult. Nam velle quod
non decet, eſt eſſe miſerrimum, vt
dicit Auguſtinus in lib. de Trinit.
Item vbiq; vult vnuſquiſq; ibi eſſe,
hoc eſt in Deo, qui eſt vera quies
animæ, de qua nūc dicit anima, ali-
Pſ. 4. quando, in pace in idipſum, ideſt in
eo qui eſt immutabilis, dormiam,
Pſ. 114. & requieſcam, & Pſal. Conuerte-
re anima mea in requiem tuam, id-
eſt in Deum. Similiter vbi volet eſ-
ſe ſpiritus, protinus erit, & corpus,
dicit Auguſtinus. Item ibi nemo
turbat alium: ſed ſedebit, dicit Do-
Iſa. 32. minus per Iſaiam. Populus meus in
pulchritudine pacis, &c. Quoniam
Pſ. 147. teſte Pſal. Confortauit ſeras por-
tarum Hieruſalem, & benedixit fi-
lijs ſuis in ea. Item ibi nullus alte-
ri ſubijcitur. Nam teſte Apoſtolo,
ibi ceſſabit omnis prælatio: ſed ſo-
li Deo omnes ſubiecti ſunt, cui
ſubijci, & ſeruire eſt verè regna-
re. Item ibi nihil extra Deum de-
ſide-

ſideratur. Nam ipſe eſt finis omniũ deſideriorum, vt dicit Bernardus. Item ibi voluntas cuiuſque per omnia ſemper, & vbique complebitur; iuxta illud Auguſtini. Omnipotentes erunt voluntatis ſuæ, ſicut Deus ſuæ, quia nihil aliud volunt, niſi quod Deus vult, & quod ipſe vult, non poteſt non eſſe. In his omnibus vera libertas comprehenditur. Differt autem libertas vnius ab alterius, ſicut differunt claritas corporum, & incremẽta virtutum. Quanto enim amplius in hoc mũdo quiſque fit ſeruus omniũ propter Deũ, ſicut Apoſtolus, qui cum eſſet liber, fecit ſe ſeruum omnium, quantoque magis homo ſeipſum ſtringit ſponte in vijs præceptorum, & ſemitis conſiliorum ſacræ ſcripturæ, obſeruatione regulari, caſtigatione corporali; tanto liberior erit in patria cæleſti; & quanto minus quilibet occupatur vanitatibus, ſolicitudinibus, officijs, adminiſtratione rerum temporalium, & quãto quis

mi-

minus appetit dignitatem, & honorem, ſæcularem prælationem, hominum laudem, inimicorum vindictam, temporalium rerum affluentiam, carnalem amicitiam, ſæcularem lætitiam, hominum placentiam, & ſimilium, quæ obligant nos Deo, tanto liberior in mundo, & tanto liberior fit in cælo. Horum ſingulorum appetitus hic, & in futuro valde cuiuſlibet diminuit libertatem. Item anima Deo vnitur

Mat. 5. in perfectione ipſo Deo iubēte, perfecti eſtote, ſicut & pater veſter &c. In duobus diuina perfectio comprobatur, in odio vitiorum, & in amore virtutum. Bonus Deus odit vitium, quia bono malum cōtrarium eſt, ſicut lux tenebris, & aqua igni, & quia vitia Dei habitationem polluunt in anima, ideſt conſcientiæ puritatem, quia lumen mentis obſcurant, ſcilicet rationem, ne verum à falſo diſcernatur, vel limpidè veritas cognoſcatur ſecundum quam viuere oportet, quia liberum arbi-

arbitrium ſubuertunt,ne melius bonum à via tutior eligatur : Omnia gratuita diſpergunt, ſcilicet virtutes quibus homo Deo gratus efficitur, quia dona naturalia corrumpunt, in quibus eſt imago Dei in anima, ſcilicet memoriam, intelligentiam, voluntatem, quia affectiones animæ à Deo auertunt,ſcilicet ſpem, timorem, &c. per quas Deus delitias habet in anima, ipſo teſte, Delitiæ meæ eſſe cum filijs *Prou* 8
hominum, quia omnia bona opera viua in charitate facta mortificant.
Similiter Deus amat virtutes, & 37
omne bonum ſemper, & vbique; quia quilibet diligit naturaliter ſibi ſimile; & quia ipſe ſummè bonus eſt, ideo ſummè amat bonum. Amat autem ideo virtutes,quia vitium enecant, quia firmiter Deo animam iungunt, quia ad omnem gratiam ſpiritualem habilitãt,quia opera peccatis mortificata viuificant, quia hominem interius in affectionibus; exterius in moribus

ſecundum diuinam voluntatem or-
dinant: ita etiam ſancta & perfe-
cta anima vehemẽter in patria odit
vitia, & amat virtutes, & omne bo-
num; ſed hic oportet addiſcere in
hac vita, vt ſciat in æterna vita; ali-
quis abſtinet à vitijs, qui tamen ea
38 non odit. Ille vero peccata odit,
qui ea numquam niſi cum amari-
tudine mentis recogitat, qui ſem-
per cum dolore cordis de peccatis
loquitur, & audit loqui; cui grauis
eſt pœna videre delinquentes, vel
ipſos audire, vel cum ipſis conuer-
ſari, vel cum eis ſedere, qui nun-
quam ſpontè præſens eſt vbi vitia
committuntur; & ſi quandoque co-
gitur ibi eſſe, ex hoc grauius ſibi cre-
ſcit afflictio ſpiritus, qui deteſtatur
omnia incitamenta peccantium, ſi-
cut ſunt ſuperflua ornamẽta, & or-
ganica inſtrumenta. Item nun-
quam in vita ſua præſtat doctrinã,
& ſimiliter nec auxilium, vel fauorẽ,
exemplum, vel occaſionẽ aliquam
ad peccandum: ſed ſemper, & vbi-
que

que peccata diſſuadet, & prohibet quantum poteſt, hæc omnia verba ſigna ſunt odij. Qui vero delectabiliter cogitat de peccatis, vel audit loqui, vel de ipſis loquitur, aut videt delectabiliter delinquentes, vel ibi libenter ſedet vbi exercentur, vel aliquos excitat doctrina consilio, auxilio, aut fauore, exemplo, vel aliqua occaſione ad peccandum, nec omnes etiam a peccatis prohibet, aut diſſuadet; quantum poteſt, ille nullatenus adhuc odit peccatũ. Anima autem in hac vita debet addiſcere virtutes amare, & bona opera, vt ſtatim ſciat in æterna vita. Aliquis exercet ſe in operibus virtutum, nec tamen amat virtutes; ille ſolus amat virtutes, & opera virtutum, qui non propter timorem alicuius pœnæ, nec propter fauorem, vel placẽtiam hominum, nec propter aliquod temporale lucrum: ſed purè, & ſimpliciter propter Deum in bonis operibus continuè ſe exercet, qui pro virtutibus 39

obtinendis inceſſanter toto niſu laborat, qui mente vehementer affligitur; eo quod in virtutibus inceſſanter creſcere ſe nō ſentit, & quod bona opera ſecundum voluntatem ſuam, & ſecundum ordinationem diuinam ſemper, & vbique nō perficit, qui veraciter congratulatur omnibus ſpirituales gratias, & virtutes habentibus, & in virtuoſis operibus iugiter ſe exercentibus, qui omnia impedimenta virtutum, & bonorum operum, quaſi venenum fugit, qui nullum à virtutibus quacunque occaſione retrahit, nec bona opera cuiquam prohibet, vel diſſuadet: ſed omnes ad hoc promouet doctrinis, conſilijs, & auxilijs, exemplis, minis, promiſſis, orationibus, deſiderijs, quantum poteſt; & quanto amplius quiſquam in amore virtutum & odio vitiorum creſcit, tanto ſe perfectiorem eſſe cognoſcat in hac vita præſenti, & fu-
40 tura. Ibi etiam anima vnitur Deo in beatitudine; nam quicquid beati

tudi-

tudinis habet Deus per naturam, ip
ſa habet, per gratiam. hoc impe-
trauit Dominus Ieſus dicens, Pater *Ioã. 17*
quos dediſti mihi volo, vt vbi ego
ſum, & ipſi ſint mecum, vt videant
claritatem meam quam dediſti mi-
hi, & dedi eis. Claritas à Patre
Filio collata eſt æterna beatitudo,
quam dedit ſingulis electis ſuis.
Deus autem ſummè perfectus eſt in
beatitudine, quia omne bonum im-
menſum naturaliter, & æternaliter
in ſe habet, & nullum bonum ex-
tra ſeipſum quærere oportet, & nul
lius bono, nullius auxilio, aut con-
ſilio indiget, cum nihil boni illi de-
ſit, & nemo quicquam boni ei au-
ferre poſſit; nam bonum ſuum ſibi
innatum eſt, & natura nullum ſibi
ſubiectum ex facili derelinquit, &
à nemine cogi poteſt, quia omnipo-
tens eſt, & nemo ſuper ipſum eſt,
nemo ſibi æqualis eſt, & à nullo tur
bari poteſt, quia mitiſſimus, & nihil
contrarietatis habet, & numquam
mutari poteſt in ſua beatitudine,

quia idem ſemper eſt, ſicut ipſe dicit. Ego Deus & non mutor, & nihil ei præteritum eſt aut futurum: ſed ſemper præſens, ſingula horum pertinent ad beatitudinem veram. In hac ergo beatitudine anima vnum fit cum Deo, quę ibi nullius indiget creaturæ. Nam omne bonum in ſe continentem continet, cui nemo aliquid boni auferre poteſt, promit-
Ioã.17 tente Domino Ieſu, Gaudium veſtrum nemo tollet à vobis, gaudiũ animę eſt vnio ad Deum in illa beatitudine. Item ibi nullus cogere poteſt, quia nihil aduerſitatis eſt ibi, nam omnia aduerſa ſuperauit, ibi numquam mutari poteſt; nam ſemper in eodem feruore beatitudinis eſt, ſicut heu in hac vita anima miſera, numquam in eodem ſtatu permanet, ſed ſemper mutatur de ſpe in timorem; & econtrario, de amore in odium; & de bono in malum, & ſimiliter de facili turbatur, ex facili amore, vel timore, vel fauore cogitur; ex faci-

li gra-

li gratia ei aufertur. Indiget etiam continuè conſilio, & auxilio angelorum, & hominum; & nihil boni per ſe habet, nec quid boni per ſe poteſt, ideo miſera anima ſemper ſuſpirare deberet ad illam beatitudinem cum Apoſtolo dicens: Quis me liberabit de corpore mortis huius, & cum Dauid: Quãdo veniam & apparebo ante faciem Dei mei? *Rom. 7* *Pſ. 41.*

Primum principale laudis per Deum. Cap. V.

IBI etiam anima laudat Deum ex omnibus viribus ſuis; ad hoc enim creata eſt, vt dicit Dominus per Iſaiam: Populum iſtum formaui mihi, laudem meam narrabit. Ad hoc monet Eccleſiaſticus: Laudate Deum quãtum poteſtis adhuc ſuperualebit, adhuc dignior eſt omni laude. Ad hoc monet Ioannes in Apocalypſi: Laudem dicite Deo noſtro omnes ſancti eius. Iſta laus erit per Deum vnigenitum filiũ Dei; *Iſa. 43* *Eccleſ. 43.* *Apoc. 16.*

per quem etiam maieſtatem Dei omnes angeli laudant, vt cantatur in præfatione, quia vnionem habét cum ipſo inquantum eſt creatura, ſicut & ipſi; hæc laus eſt tanto amabilior ſanctæ Trinitati, tanto vtilior communitati, quam facit anima per Dei filium, quàm ſi faceret per ſeipſum, quāto creator dignior eſt creatura: ita laus eſt animæ refectio cui nulla ſimilis videtur delectatio, vt dicit Caſſiodorus. Hæc laus procedit ab anima ex nimio feruore charitatis, & ex nimia delectatione ad Deum. O quanta iucunditas vbi omnibus ſanctis vna erit lingua iubilationis indefeſſæ, vt dicit Bernardus: Vbi omnes ſancti, & angeli concorditer Deum laudant; & tamen diſſimiliter, ſicut enim differunt in cognitione & amore, ita etiam in laude, hoc opus laudis diuinæ non abſtrahit, nec elongat à Deo, nec generat laudanti faſtidium: licet ſit opus continuum, ſicut alia opera ex continuatione

ſæpe

ſæpe ingerunt tædium in hac vita, & hæc eſt ratio, quia laus Dei non tantum eſt operatio: ſed & remuneratio, vt dicit Caſſiodorus ſuper Pſal. & de perceptione muneris, & præmij nemo laſſatur. In laude vero dei ipſe actus eſt merces, vt dicit Gloſſ. quædam ſuper Pſalterium.

Secundum principale laudis ad Deum.

LAVS iſta ducit animam inceſſanter propter ſui deteſtationē in Deum, & ad Deum, & fidelis 41
anima verè tanto eſt beatior, quanto in laude Dei frequentior, ideoque ſicut homines naturaliter ſemper appetunt beatitudinem, ita & laudem. Hanc laudem continuam promittit Dominus per Iſaiam: Tota die ac nocte non tacebunt laudantes nomen Domini.

Tertium

Tertium principale laudis propter Deum.

IBI etiam anima laudat Deum propter Deum. Licet enim anima fidelis in laude Dei ſine delectatione magna nequaquam eſſe poſſet, nullatenus tamen ibi Deum deſiderat laudare propter propriū commodum: ſed purè & ſimpliciter propter Deum qui æternaliter ordinauit ab anima ſe ſemper laudari, non propter ſuam, ſed propter animæ beatitudinem ampliandam, illa puritas æterna cauſatur ex huius vitæ puritate. Quāto enim anima fidelis in laude Dei propriā partem minus reſpicit, & quanto amplius Dei partem quærit in hoc mundo; tanto laus eius apparet hic purior: tanto erit excellentior, tanto erit vtilior communitati, & iucundior, & tanto conſequēter Deus qui talem dedit puritatem apparebit glorioſior. Eia quantum delectabitur anima in Deo, & Deus in ani-

anima; quando ſecundum diuinam generationem ſingula membra corporis, & ſingulæ vires animæ in laude Dei continuè mouebuntur. Ibi laudabit anima ſingula per ſe, quæ ſunt in Deo per naturam, ſcilicet potentiam, ſapientiam, bonitatem, &c. Et totam virtutem ſuam effundet ſuper ſingula in laude. Similiter laudabit ſingula in omnibus, ſcilicet ſolam potentiam in ſapientia, bonitate, charitate, &c. Et ſic ſingula in omnibus coniunctim. Item laudabit omnia ſimiliter in ſingulis ſingillatim, ſcilicet potentiam, ſapientiam, bonitatem, largitatem, miſericordiam, & iuſtitiam, in potentia ſingillatim; in ſapientia ſingillatim, in bonitate ſingillatim; & ſic de alijs. Hæc ſignata ſunt quatuor alleluia in Apocalypſi. alleluia eſt laus humanis verbis inexplicabilis. Ibi non laudabit anima omnia quæ in Deo ſunt ſucceſſiuè, ſcilicet modo potentiam, modo ſapientiam, modo bo-

nitatem, & ſic de alijs, quia ibi non eſt ſucceſſio temporis, nam omnia videt ſimul, & cognoſcit in Deo, & amat & fruitur, ideo etiam ſimul omnia laudabit. Item non laudabit anima ea quæ in Deo ſunt vnum minus, aliud magis: ſed æqualiter omnia, quia æquè immenſa ſunt ſingula in Deo, & æqualiter laude digna. Similiter anima cognoſcit ibi, & amat ſingula per ſe, quæ in Deo ſunt, & ſingula in alijs ſingillatim, & ſingula in omnibus communiter, & omnia ſimul in ſingulis: ſimiliter fruitur ibi, & vnitur ſingulis per ſe, & ſingulis in alijs ſingillatim, & ſingulis in omnibus in communi, & communiter omnibus in ſingulis ſingillatim. Ex hoc delectabitur anima ſupra modum: ita quòd hoc ſimiliter hic eſſet faciendum. Ibi laudabit anima Deum in ſingulis actibus, & in ſingulis momentis ſecundum dignitatem ſuam, vt impleatur illud Propheticum, ſecundum nomen tuum

Deus,

Deus, ſic & laus tua. Si enim non ſufficeret dignè laudare Deum in vno actu laudis, ſimiliter nec in alio poſſet, nec in tertio, & ſic de alijs, & ſic careret pleno gaudio, quod promiſit Dominus Ieſus ſidelibus ſuis. Petite & accipietis, vt gaudium veſtrum plenum ſit. Gaudij plenitudinem anima percipit, quando Deum in ſingulis actibus ſuis, & ſingulis momentis ſecundum cōdeſcendentiā ſuam laudat. Etiam ibi non compleretur deſiderium animæ, quod promittit Pſalmus. Replebitur in bonis deſideriū tuum. Fidelis igitur anima hic ſemper deſiderat, vt Deum ſecundum maieſtatem ſuam in futuro æternaliter laudare valeat. Ibi laudabit anima diuinam potentiam, quæ a ſua natura nobis eſt incognita in hoc mundo. Aliquantulum tamen eſt diuinis operibus patefacta. Primo magna Dei potentia manifeſtauit, cum Deus ex nihilo cuncta fecit. Dixit enim & facta ſunt. Idem

Ioā. 17

Pſ. 102

tanta

tanta velocitate fecit omnia, ſicut:
ſi aliquis vnicum proferret verbũ,
& licet omnes mirentur potentiam
& magnitudinem Creatoris ex magnitudine
creaturæ, magis admirandum
eſt quòd ex tanta potentia
tam modica proceſſerunt, & nimis
mirabile eſt quòd ſuper bonus
Deus, cuius natura eſt effundi, &
communicare bonitatem ſibi innatam,
tamdiu ſe potuit continere,
ꝙ non fecit creaturas, quæ bonitate
Mat. 5 ſua, & beatitudine fruerentur: poſtea
apparuit eadem potentia cum
omnia viuentia deleuit aquis diluuij
præter ea quæ in arca eo iubente
pro ſemine ſaluabãtur. Item
lucebat potentia ſua in diuerſis miraculis
in Ægypto, & cum populum
ſuum per mare rubrum tranſuexit
ſicco veſtigio cunctis Ægyptijs
inſequentibus & deſcẽdentibus
in profundum quaſi lapis, & cum
eum populum, ſcilicet ſexcenta
millia, & amplius per annos quadraginta
vno cibo pauit, ſcilicet
man-

manna. Item centum octoginta-
quinque millia quaſi vna hora per
vnicum angelum interfecit. In no- 42
uiſſimis vero temporibus valde ef-
fulſit diuina potentia, quando crea-
tor potuit fieri creatura, impaſſibi-
lis potuit pati; immortalis potuit
mori, inuiſibilis potuit videri; im-
mutabilis potuit, & poteſt ſub ſpe-
ciebus panis, & vini ab homine ſa-
cramentaliter manducari, & bibi.
Hæc enim non ſunt impotentiæ:
ſed veriſſimæ, & maximæ potentiæ
argumenta: ſimiliter in hoc tem-
pore valde clareſcit diuina poten-
tia, in hoc quod Deus omnipotens
deteſtans peccata, & vindicans in
tertiam, & quartam generationem,
continere poteſt vindictam contra
tot Paganos, Iudæos, Hæreticos,
falſos Chriſtianos, quorum nihil
indiget, ipſum continuè tam graui-
ter offendentes, quos in vno mo-
mento delere poſſet ſine ſuo dam-
no, vnde illud: Deus qui omnipo-
tentiam tuam parcendo maximè &
miſe-

Sap. 11 miſerando manifeſtas, &c. Et in lib. Sap. quòd omnium Deus es, omnibus te parcere facit Fragilitatis iudicium eſt ſubito contra inimicos expetere vindictam: Sicut fortiſſimus Sampſon fecit: ſed melior eſt patiens viro forti, & qui dominatur animo ſuo, dicit Salomon, expugnatore vrbium.

Prou. 16.

Primum principale gratiarum actionis per Deum. Cap. VI.

IBI anima fidelis refert gratias Deo pro ſingulis donis naturalibus, & gratuitis animæ & corporis, pro ſingulis ſpiritualibus, & temporalibus, & communibus collatis, & conſeruatis in terra, & conſeruandis in patria; nec gratias aget modo pro iſtis, modo pro illis donis ſucceſſiuè; ſed pro omnibus ſimul quæ vnquam effluxerunt à Deo, & effluxiſſent ſi habilitatem in aliquo reperiſsēt. Hæc gratiarum actio erit per Deum Dei filium,

filium, ſicut Apoſtolus dicit: Gratias ago Deo meo per Ieſum Chriſtum per ipſum ſolum gratias referre præſumo, cui ſoli veraciter cognita eſt magnitudo, & multitudo donorum, & nobilitas, & vtilitas ipſorum, & per magnitudinem virtutum ſuarum reſpondere præſumo magnitudini donorum, & per multitudinem virtutum ſuarum multitudini donorum, & per vtilitatẽ donorum dignè offerre præſumo Deo Patri placentiã filij; cui olim dixit: Tu es filius meus dilectus, in te complacuit mihi, ideſt, beneplacitum meum ſummè perfeci. Beneplacitum Dei Patris in filio eſt pro vniuerſis donis ſuis digna gratiarum actio.

Secundum principale gratiarum actionis ad Deum.

ISTA gratiarum actio vehementer ducit ad Deum. Quanto enim amplius dantis qualitas, & af- 43

fectus ſinceritas, quantitas donorum, & vtilitas ipſorum ibi ab anima ponderatur, tanto anima Deo gratior efficitur, & quanto omnipotenti Deo fit gratior; tanto fit omnipotenti ſemper propinquior, ibi etiam anima gratulatur diuinæ ſapientiæ, quæ ſingulis creaturis conuenientiſſimè ſingula dona reddit & diſtribuit, quòd pro ſingulis donis angelorum, & ſanctorum vberiores gratias reddit, quam ſi ipſa ſola percepiſſet, & potius ſingula dona eſſe vult in ſingulis quam omnia in ſe ſola, ſicut nemo in aliqua parte corporis membrum aliud eſſe vellet, quàm diuina prouidentia ordinauit teſte Apo-
Rom. ſtolo, In vno corpore multa mem-
12. bra habemus; omnia autem membra eundem actum non habent, ità corpus Chriſti myſticum, quod eſt Eccleſia, ex diuerſis angelis & ſanctis, & ex diuerſitate donorum conſtituitur. Si ergo totum corpus eſſet oculus, vel manus, vbi corpus,

et ſi

& ſi vnus tantum haberet omnia dona, & officia, vbi eſſet Eccleſia? Nec tamen ſequitur ex hoc, ꝙ animã amplius efficiat beatã præmiũ accidentale, ideſt gratitudo, quam habet ex donis aliorum quàm ſubſtantiale, ideſt gratitudo, quam habet ex donis proprijs, cum ex vno ſubſtantiali magis beatificetur, quã ex omnibus accidentalibus: ſed ex pàrte qua conſiderat ordinationem Dei ſapientiſſimam, & optimam, vult ſingula dona eſſe in ſingulis potius quàm in ſe ſola: ſed ex ea parte qua bonum proprium naturaliter magis appetit, quàm aliorum potius vellet omnia ſe habere, quã alios; ſed ibi gratia ſuperat naturam, & fidelis anima diuinam ordinationem magis quàm propriam vtilitatem amplectitur.

Tertium principale gratiarum actionis propter Deum.

IBI etiã anima gratias aget Deo 44
propter Deum. Non enim fide-

lis anima principaliter ad gratias agendum ibi mouebitnr, eo quòd ex gratiarum actione grata Deo efficitur: ſed purè mouebitur ex diuina largitate, ex qua omnia dona effluxerũt ab initio, & effluent abſque fine, & quanto anima minus ſibi, & magis Deo intendit in gratiarum actione, tanto beatior erit: licet illam beatitudinem principaliter non intendat, & tanto eius beatitudo cõmunitati erit iucundior, & tanto Deo glorioſior. Ibi anima gratias aget Deo, quia ei imaginem ſanctæ Trinitatis impreſſit, iuxta
Pſ. 4. illud Pſalmi. Signatũ eſt ſuper nos lumen vultus tui Domine. Et quia Spiritum ſanctũ cum donis ſuis, & omnibus virtutibus in baptiſmo cõtulit, & quia eam corpore, & ſanguine ſuo delectabili ſæpe reficit; & quia ei ſacram ſcripturam conceſſit, diuinam naturam occultam atque omnem voluntatem ſuam manifeſtantem, indicantem etiam nobilitatem, & vtilitatem omnium dono-

donorum demonſtrantem, viam certiſſimam ad cæleſtia oſtendentem per exempla ſanctiſſima Ieſu Chriſti, & quia ſine meritis ſuis fidem Chriſtianã illi dedit, qua credere poſſet ſacræ ſcripturæ, promiſſis, minis, conſilijs & doctrinis.

Primum principale congratulationis per Deum. Cap. VII.

IBI etiam & anima continuè cõgratulatur Deo in omnibus operibus ſuis paruis & magnis, in omnibus iudicijs circa bonos, & malos, in omnibus moribus ſuis perfectiſſimis, in omnibus exemplis Ieſu Chriſti ſanctiſſimis, in omni beatitudine, & perfectione ſua quæ conſiſtit in poteſtate, ſapientia, bonitate, æterna & immenſa, & cætera. Similiter in omnibus non ſucceſſiuè, nam hæc omnia prædicta perfectiſſima in Deo eſſe cognoſcit, & hæc gratulatio erit per Deũ Dei filiũ, in quo ſolo verè gaudere

Deo poſſumus, qui ſolus benepla-
citum Patris ſemper in ſummo per
ficit,& perfecit, ſicut ipſe teſtatur,
Ioã. 8. Quę placita ſunt ei facio ſemper,&
Pſ. 13. Dauid dicit de omnibus alijs. Om-
nes declinauerunt, &c. Vſque ad
vnum, ideſt Ieſum Chriſtum. & Sa-
Eccleſ. 7. lomon, Vnum virum ex omnibus
reperi, qui ſupple Deo Patri per
omnia,& in omnibus complaceret,
Mulierem autem non inueni.

Secundum principale gratulationis ad Deum.

HAEC congratulatio vehemen
tiſſimè ducit in Deum, & ad
Deum propter delectationem quæ
in ipſa eſt. Si enim omnia corda
eſſent vnum cor, inueſtigare non
poſſet quantam delectationem ha-
bet anima in congratulatione Dei.
Spiritualiter congratulatur Deo de
redemptione generis humani, ad
quam inuitat Dominus Ieſus om-
nes amicos, dicens: Congratulami-
ni

ni mihi omnes, quia inueni drachmam quam perdidi. Drachmæ perditio fuit totius generis humani à congratulatione ſeparatio, drachmæ inuentio fuit per Chriſti paſſionem eiuſdem congratulationis recuperatio. Et notabile eſt, quòd non dicit ſe emiſſe, ſed inueniſſe: licet precioſo ſanguine, & aſperà paſſione genus humanum comparauit, quia in tantum deſiderauit ſalutem generis humani, quòd inuentionem reputauit tali modo ſe poſſe hominem à poteſtate diabolica liberare, & ad beatitudinem æternam ad quam creatus fuerat reuocare. Similiter notabile eſt, quòd etiam omnes angelos conuocat ad congratulandum, non drachmæ, non homini: ſed ſibi quaſi homo, Dei Deus eſſet, & tota ſalus diuina in ipſius inuentione dependeret, & quaſi ſine ipſo beatus eſſe non poſſet.

Tertium principale congratulationis propter Deum.

45 IBI etiam anima congratulatur Deo, non propter ſe: ſed purè propter Deum. Tanta enim puritate anima afficitur in congratulatione Dei, quòd potius vult ipſum eſſe beatum, quàm ſeipſam eſſe beatam: immo anima fidelis mallet eligere omni beatitudine ſe ſemper carere, quàm Deum alicuius beatitudinis, & perfectionis defectum habere. In omnibus his ſeptem membris prædictis Deus ipſe eſt cauſa efficiens, materialis, formalis, & finalis, ipſe eſt cauſa mouens animam ad cognoſcendum, ad amandum, ad fruendum, viuendum, laudandum, gratias agendum, & congratulandum. Similiter ipſe eſt materia in ſe habens totum quod prouocare poteſt animã ad cognoſcendum, amandum, &c. Hoc eſt ſapientiam, &c. Item ipſe eſt cauſa formalis informans ani-

nam, qualiter ſe habere debeat in Dei cognitione, amore, & cætera. Similiter ipſe eſt finis ad quem tendit rationis cognitio, &c. De his ſeptem poteſt intelligi illud Salomonis. Sapientia diuina ædificauit ſibi domum, excidit columnas ſeptem. Domus eſt cæli temperiei creatio, ſeptem columnarum exciſio eſt ſeptiformis prædicta gratia, in qua conſiſtit pleniſſima vera beatitudo. Qualiter autem vnuſquiſque ſe habere debeat in hac vita, vt ad illam beatitudinem perueniat; docet Anſelmus dicens: Tantum deſiderium tibi eſſe debet in hac vita perueniendi ad quod factus es; tantus dolor, quòd nondum ibi es, & tantus timor, quòd non peruenies, quòd nullam debes ſentire lætitiam, niſi tantum de his quæ dant ſpem, vel auxilium eo perueniēdi. Circa prædicta debet verſari intentio noſtra, & totum negotium noſtrum in hac vita, ſicut ſeruis ſuis fidelibus committit Dominus Ieſus

in Luca dicens: Negotiamini dum venio; ſingulos de cõmiſſis ſibi negotijs ſingulis iudicare. Obſecro ergo te Domine propter omnem beatitudinem tibi innatam: præſta cunctis fidelibus in hac miſera vita in prædictis creſcere de hora in horam, vt manifeſtetur abundantia gloriæ tuæ per infinita ſæcula ſæculorum. Amen.

Hæc duo Opuſcula D. Thomæ aſſcribuntur, licet quibuſdam à ſtylo eius videantur diſcrepare.

ITINERARIVM MENTIS IN DEVM,

SANCTI BONAVENTVRAE DOCTORIS.

IN PRINCIPIO primum principium,à quo cũctæ illuminationes deſcendunt, tnaquam à Patre luminum, à quo eſt omne datum optimũ,& omne donum perfectum, Patrem ſcilicet æternũ inuoco per filium eius Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum,vt interceſsione ſanctiſsimæ Virginis Mariæ genitricis eiuſdem Dei,& Domini noſtri Ieſu Chriſti,& beati Franciſci Ducis,& patris noſtri det illuminatos oculos mentis noſtræ ad dirigendos pedes noſtros in viã pacis illius, quæ exu-

Iac. 1.

Luc. 2.

Phi. 4. exuperat omnem ſenſum, quam pa
cem euangelizauit, & dedit Domi-
nus noſter Ieſus Chriſtus. Cuius
prædicationis repetitor fuit Pater
noſter ſanctus Franciſcus, in omni
ſua prædicatione pacem in princi-
pio, & fine annuncians, in omni
ſalutatione pacem optans, in om-
ni contemplatione ad extaticam
pacem ſuſpirans, tanquam ciuis
Pſ. 119 illius Hieruſalem, de qua dicit il-
Pſ. 121 le vir pacis, qui cum his, qui o-
derunt pacem erat pacificus: Ro-
gate quæ ad pacem ſunt Hieru-
ſalem. Sciebat enim quod thro-
3. Reg. 10. nus Salomonis non erat niſi in pa-
ce, cum ſcriptum ſit. In pace fa-
Pſ. 75. ctus eſt locus eius, & habitatio eius
in Syon. Cum igitur exemplo bea-
tiſſimi Patris noſtri Franciſci hanc
pacem anhelo ſpiritu quærerem,
ego peccator, qui loco illius patris,
beatiſſimi poſt eius tranſitum ſepti
mus in Generali fratrũ Miniſterio
per omnia indignus ſuccedo, con-
tigit vt nutu diuino, anno poſt ip-
ſius

ſius beati Patris tranſitum trigintaduos ad mõtem Aluernæ, tanquam ad locum quietum, amore quærendi pacem ſpiritus declinarem, ibique exiſtens dum mente tractarem aliquas mentales aſcenſiones in Deum, inter alia occurrit illud miraculum, quod in prædicto contigit loco ipſi beato Franciſco, de viſione, videlicet Seraphim alati inſtar crucifixi. In cuius conſideratione ſtatim viſum eſt mihi, quod viſio illa prætenderet ipſius patris noſtri ſuſpenſionem in contemplãdo, & viam per quam peruenitur ad eam. Nam per ſenas alas illas rectè intelligi poſſunt ſex illuminationum ſuſpenſiones, quibus anima quaſi quibuſdam gradibus, & itineribus diſponitur, vt trãſeat ad pacem per extaticos exceſſus ſapientiæ Chriſtianæ. Via autem non eſt niſi per ardentiſſimum amorem crucifixi, qui adeo Paulũ ad tertium cælum raptum transformauit in Chriſtum, vt diceret: Chri- 2. Cor. 12.

ſto

Gal. 2. ſto confixus ſum cruci, viuo egô jam non ego, viuit autem in me Chriſtus, qui etiam adeo mentem Franciſci abſorbuit, quod mens in eius carne patuit, dum ſacratiſſima paſſionis ſtigmata in corpore ſuo ante mortem per biennium deportauit. Effigies igitur ſex alarum ſeraphicarũ inſinuat ſex illuminationes ſcalares, quæ à creaturis incipiũt, & perducunt, vſque ad Deũ, ad quem nemo intrat rectè niſi per cru

Ioã. 10 cifixum. Nam qui non intrat per oſtium in ouile, ſed aſcendit aliunde, ille fur eſt, & latro, ſiquis vero per oſtium introierit, ingredietur egredietur, & paſcua inueniet, propter quod dicit Ioannes in Apo

Apoc. 22. calypſi: Beati qui lauant veſtimenta ſua in ſanguine agni, vt ſit poteſtas eorum in ligno vitæ, & per portas ingrediantur ciuitatem: quaſi diceret, quod per cõtemplationem ingredi non poteſt in Hieruſalem ſupernam, niſi per ſanguinem agni intret, tamquam per portam. Non

enim

enim diſpoſitus eſt aliquo modo ad contemplationes diuinas, quæ ad mentales ducunt exceſſus, niſi cum Daniele ſit vir deſideriorum. Deſideria autem in nobis inflammantur dupliciter, ſcilicet per clamorem orationis, quæ rugire facit à gemitu cordis, & per fulgorem ſpeculationis, qua mens ad radios ſolis directiſſimè, & intenſiſſimè ſe conuertit. Igitur ad gemitum orationis per Chriſtum crucifixum (per cuius ſanguinem purgamur â ſordibus vitiorum) primum quidem Lectorem inuito, ne forte credat, quod ſufficiat ſibi lectio ſine vnctione, ſpeculatio ſine deuotione, inueſtigatio ſine admiratione, circunſpectio ſine exultatione, induſtria ſine pietate, ſcientia ſine charitate, intelligentia ſine humilitate, ſtudiũ abſque gratia, ſpeculum abſque ſapiẽtia diuinitus inſpirata. Præuẽtis igitur diuina gratia, humilibus, & pijs compunctis, & deuotis vnctis oleo diuinæ lætitiæ, & amatori- *Dan.* 10.

toribus diuinæ ſapientiæ,& eius de ſiderio inflammatis vacare volentibus ad Deum magnificandum, amandum, & etiam deguſtandum, ſpeculationes ſubiectas propono; inſinuans quod parum,aut nihil eſt ſpeculum exterius propoſitum, niſi ſpeculum mentis noſtræ terſum fuerit,& politum. Exerce igitur te homo Dei prius ad ſtimulum cõſcientiæ remordentem, antequam oculos eleues ad radios ſapientiæ in eius ſpeculo relucentes, ne forte ex ipſa ſpeculatione radiorum in grauiorem incidas foueam tenebrarũ. Placuit autem diſtinguere tractatum in ſeptem capitula, præmittendo titulos ad faciliorem intelligentiam dicendorũ. Rogo igitur quod magis penſetur intentio ſcribentis, quam opus: magis dictorum ſenſus, quam ſermo incultus: magis veritas, quam ſermonum venuſtas: magis exercitatio affectus, quam eruditio intellectus. Quod vt fiat non eſt harum ſpeculationum pro-

greſſus

greſſus perfunctorie tranſcurrendus, ſed moroſiſſime ruminandus. Primum capitulum de gradibus Aſcenſionis in Deum, & de ſpeculatione ipſius per veſtigia eius in vniuerſo. Secundum de ſpeculatione Dei in veſtigiis ſuis in hoc ſenſibili mundo. Tertium de ſpeculatione Dei per ſuam imaginem naturalibus potentiis inſignitam. Quartum de ſpeculatione Dei in ſua imagine donis gratuitis reformata. Quintum de ſpeculatione diuinæ vnitatis per eius nomẽ primarium quod eſt eſſe. Sextum de ſpeculatione beatiſſimæ trinitatis in eius nomine quod eſt bonum. Septimum de exceſſu mentali, & myſtico in quo requies datur intellectui, affectu totaliter in Deum per exceſſum tranſeunte.

toribus diuinæ ſapientiæ, & ciũs deſiderio inflammatis vacare volentibus ad Deum magnificandum, amandum, & etiam deguſtandum, ſpeculationes ſubiectas propono; inſinuans quod parum, aut nihil eſt ſpeculum exterius propoſitum, niſi ſpeculum mentis noſtræ terſum fuerit, & politum. Exerce igitur te homo Dei prius ad ſtimulum cõſcientiæ remordentem, antequam oculos eleues ad radios ſapientiæ in eius ſpeculo relucentes, ne forte ex ipſa ſpeculatione radiorum in grauiorem incidas foueam tenebrarũ. Placuit autem diſtinguere tractatum in ſeptem capitula, præmittendo titulos ad faciliorem intelligentiam dicendorũ. Rogo igitur quod magis penſetur intentio ſcribentis, quam opus: magis dictorum ſenſus, quam ſermo incultus: magis veritas, quam ſermonum venuſtas: magis exercitatio affectus, quam eruditio intellectus. Quod vt fiat non eſt harum ſpeculationum pro-

greſſus perfunctorie tranſcurrendus, ſed moroſiſſime ruminandus. Primum capitulum de gradibus Aſcenſionis in Deum, & de ſpeculatione ipſius per veſtigia eius in vniuerſo. Secundum de ſpeculatione Dei in veſtigiis ſuis in hoc ſenſibili mundo. Tertium de ſpeculatione Dei per ſuam imaginem naturalibus potentiis inſignitam. Quartum de ſpeculatione Dei in ſua imagine donis gratuitis reformata. Quintum de ſpeculatione diuinæ vnitatis per eius nomẽ primarium quod eſt eſſe. Sextum de ſpeculatione beatiſſimæ trinitatis in eius nomine quod eſt bonum. Septimum de exceſſu mentali, & myſtico in quo requies datur intellectui, affectu totaliter in Deum per exceſſum tranſeunte.

SPECVLATIO PAVPERIS IN DESERTO.

De gradibus aſcenſionis in Deū, & de ſpeculatione ipſius per veſtigia eius in vniuerſo. Cap. I.

Pſ. 83. BEATVS vir cuius eſt auxilium abs te, aſcenſiones in corde ſuo diſpoſuit in valle lachrimarum in loco quem poſuit. Cum beatitudo nihil aliud ſit, quàm ſummi boni fruitio, & ſummum bonum ſit ſupra nos, nullus poteſt effici beatus, niſi ſupra ſeipſum aſcendat, nō aſcenſu corporali, ſed aſcenſu cordiali:

diali: ſed ſupra nos leuari non poſſumus niſi per virtutem ſuperiorem nos eleuantem. Quantumcunque enim gradus inferiores diſponantur nihil fit, niſi diuinum auxilium comitetur. Diuinum autem auxilium comitatur eos, qui petunt ex corde humiliter, & deuote, & hoc eſt ad ipſum ſuſpirare in hac lachrimarum valle, quod fit per feruentem orationem. Oratio igitur mater, & origo eſt ſurſum actionis in Deum. Ideo Dionyſius in libro de Myſtica theologia volens nos inſtruere ad exceſſus mentales, primo præmittit orationem. Oremus igitur, & dicamus ad dominum Deum noſtrum. Deduc me domine in via tua, & ingrediar in veritate tua. Lætetur cor meum, vt timeat nomen tuum. In hac oratione orando illuminamur ad cognoſcendum diuinæ aſcēſionis gradus. Cum enim ſecundum ſtatum conditionis noſtræ ipſa rerum vniuerſitas ſit ſcala ad aſcendendum in Deum, & in ra- Pſ. 85.

 bus,

bus,quædam ſunt veſtigium, quædam imago, quædam corporalia, quædam ſpiritualia,quædam temporalia, quædam æuiterna, ac per hoc, quædam extra nos, quædam intra nos: ad hoc, vt perueniamus ad primum principium conſiderandum (quod eſt ſpiritualiſsimum, & æternum, & ſupra nos) oportet nos tranſire per veſtigium,quod eſt corporale, & temporale, & extra nos, & hoc eſt deduci in via Dei. Oportet etiam nos intrare ad mentem noſtram, quæ eſt imago Dei æuiterna, & ſpiritualis,& intra nos,& hoc eſt ingredi in veritatem Dei. Oportet etiam nos tranſcendere ad æternum ſpiritualiſſimum,& ſupra nos, aſpiciendo ad primum principium, & hoc eſt lætari in Dei notitia, & reuerentia maieſtatis. Hæc eſt igi-
Exo.3. tur via trium dierum in ſolitudine.
Gen.1. Hæc eſt triplex illuminatio vnius diei, & prima eſt ſicut veſpera, ſecunda ſicut mane,tertia ſicut meridies. Hæc reſpicit triplicem rerum
exi-

exiſtentiam, ſcilicet in materia, in intelligentia, & in arte diuina, ſecundum quam dictum eſt, fiat, fecit, & factum eſt. Hæc etiam reſpicit triplicem ſubſtantiam in Chriſto, qui eſt ſcala noſtra, ſcilicet corporalem, ſpiritualem, & diuinam. Secundum hunc triplicem progreſſum mens noſtra tres habet aſpectus principales. Vnus eſt ad corporalia exteriora, ſecundum quem vocatur animalitas, ſeu ſenſualitas. Alius intra ſe, & in ſe, ſecundũ quem dicitur ſpiritus: tertius eſt ad æterna ſupra ſe, ſecundum quem dicitur mens. Ex quibus omnibus diſponere ſe debet ad conſcendendum in Deum, vt ipſum diligat ex tota mente, ex toto corde, & ex tota anima, in quo conſiſtit perfecta legis obſeruatio, & ſimul cum hoc ſapientia chriſtiana. Quoniam autem quilibet prædictorum modorum geminatur: ſecundum quòd cõtingit conſiderare Deum, vt Alpha & ω, ſeu in quantum contingit vi-

Matth. 22.

Apo. 1.

dere Deum in vnoquoque prædi-
ctorum modorum, vt per ſpeculum,
& in ſpeculo, ſeu vnaquæq; iſtarum
conſiderationum habet commiſce-
ri alteri ſibi coniunctæ, & habet cõ-
ſiderari in ſua puritate. Hinc eſt,
quòd neceſſe eſt hos tres gradus
principales aſcẽdere ad ſenarium,
Gen. 1. vt ſicut Deus ſex diebus perfecit v-
niuerſum mundum, & in ſeptimo
requieuit, ſic minor mũdus ſex gra-
dibus illuminationum ſibi ſucce-
dentium ad quietem contemplatio
nis ordinatiſsimę perducatur. In cu
3. *Reg.* 10. ius rei figura, ſex gradibus aſcen-
debatur ad thronum Salomonis.
Seraphin (quæ vidit Iſaias) ſenas
Iſa. 6. alas habebant. Poſt ſex dies voca-
Ex. 24 uit Deus Moyſen de medio caligi-
Mat. 17 nis, & Chriſtus poſt ſex dies, (vt di
citur in Mattheo) duxit diſcipulos
in montem, & trãsfiguratus eſt an-
te eos. Iuxta igitur ſex gradus aſcẽ-
ſionis in Deum ſex ſunt gradus po-
tentiarum animæ, per quos aſcen-
dimus ab imis ad ſumma, ab exte-

riotibus ad intima, à temporalibus ad æterna, ſcilicet ſenſus, imaginatio, ratio, intellectus, intelligentia, & apex mentis, ſeu ſynderesis ſcintilla. Hos gradus habemus in nobis plantatos per naturam, deformatos per culpam, reformatos per gratiam, purgandos per iuſtitiam, exercendos per ſcientiam, perficiendos per ſapientiam. Secundum.n.primam naturæ inſtitutionem creatus fuit homo habilis ad contemplationis quietem: & ideo poſuit eũ Deus in paradiſo deliciarum, ſed auertens ſe à vero lumine ad commutabile bonum incuruatus eſt ipſe per culpam propriam, & totum genus ſuum per originale peccatũ, quod dupliciter infecit humanam naturam ſcilicet ignorantia mentem, & concupiſcentia carnem, ita quòd excęcatus homo, & incuruatus in tenebris ſedet, & cœli lumen nõ videt, niſi ſibi ſuccurrat gratia cum iuſtitia contra concupiſcentiam, & ſcientia cum ſapientia contra igno-

rantiam, quod totum ſit per Ieſum
1.Cor.1 Chriſtũ, qui factus eſt nobis à Deo
ſapientia, & iuſtitia, & ſanctifica-
tio, & redemptio. Qui cum ſit Dei
virtus & ſapientia, ſit verbum incar
natum plenum gratiæ, & veritatis,
Ioã. 1. gratiam, & veritatẽ fecit, gratiam,
ſcilicet charitatis infudit: quæ cum
ſit de corde puro, & conſcientia bo
na, & fide non ficta, totam animam
rectificat ſecundum triplicem aſpe
ctum ſupradictum. Scientiam veri-
1.Th.2 tatis edocuit ſecundum triplicem
modum theologiæ. ſ. ſymbolicæ,
propriæ, & myſticæ: vt per ſymboli-
cam rectè vtamur ſenſibilibus: per
propriam, rectè intelligibilibus: per
myſticam rapiamur ad ſupermen-
tales exceſſus. Qui ergo vult in
Deum aſcendere, neceſſe eſt vt vi-
tata culpa deformante naturam, na
turales potentias exerceat ad gra-
tiam reformantem, & hoc per ora-
tionem: ad iuſtitiam purificantem,
& hoc in conuerſatione: ad ſcien-
tiam illuminantem, & hoc in medi

tatio-

tatione: ad ſapientiam perficientẽ, & hoc in contemplatione. Sicut igitur ad ſapientiam nemo venit niſi per gratiam, iuſtitiam, & ſcientiã, ſic ad contemplationem nemo venit niſi per meditationem perſpicuam, conuerſationem ſanctam, & orationem deuotam. Sicut igitur gratia fundamentum eſt rectitudinis voluntatis, & illuſtrationis perſpicuæ rationis, ſic primo orandum eſt nobis, deinde ſanctè viuendum, tertio ſpeculo veritatis intendendum: & intendendo gradatim aſcendendum quouſque veniatur ad mõtem excelſum, vt videatur Deus deorum in Syon. Quoniam igitur prius eſt aſcendere, quàm deſcendere in ſcala Iacob: primum gradum aſcẽſionis collocemus in imo, ponendo totum iſtum mundum ſenſibilem nobis tanquam ſpeculum, per quod trãſeamus ad Deum opificem ſummum, vt ſimus veri Hebræi tranſeuntes de Aegypto ad terram patribus repromiſſam, ſimus & chriſtiani

Pſ. 83.
Ge. 28
Rom 1.
Exo. 12
Ioh. 13.

ſtiani cum Chriſto tranſeuntes ex hoc mundo ad patrem, ſimus & ſapientiæ amatores quæ vocat,& dicit.
Ecc.24 Tranſite ad me omnes,qui con cupiſcitis me, & à generationibus meis adimplemini. A magnitudi-
Sap.13 ne,nanque ſpeciei, & creaturæ, cognoſcibiliter poterit horum creator videri.Relucet autem creatoris ſumma potentia, ſapientia,& beniuolentia in rebus creatis: ſecundũ quòd hoc tripliciter nunciat ſenſus carnis ſenſui interiori. Senſus enim carnis, aut deſeruit intellectui rationabiliter inueſtiganti, aut fideliter credenti, aut intellectualiter contemplanti. Contemplans, conſiderat rerum exiſtẽtiam actualem, credens rerum decurſum habitualem, ratiocinans rerum præcellentiam potentialem. Primo modo aſpectus contemplantis res in ſeipſis conſiderans:videt in eis pondus, numerum,& menſuram. Põdus quo ad ſitum,vbi inclinantur, numerum quo diſtinguuntur:& mẽſuram qua
limi-

limitantur. Ac per hoc videt in eis modum, ſpeciem, & ordinem: necnon ſubſtantiam, virtutem, & operationem ex quibus conſurgere póteſt ſicut ex veſtigio, ad intelligendum potentiam, ſapientiam, & benignitatem creatoris immenſam. Secundo modo aſpectus fidelis conſiderans hunc mundum attendit originem decurſum, & terminum. Nā fide credimus aptata eſſe ſecula verbo vitæ. Fide credimus trium legū tempora. ſ. naturæ, ſcripturæ, & gratiæ ſibi ſuccedere, & ordinatiſſimè decurriſſe. Fide credimus mundum per finale iudicium terminandum fore. In primo potentiam: in ſecundo prouidentiam: in tertio iuſtitiā ſummi principij aduertentes. Tertio modo aſpectus ratiocinantis inueſtigans videt quędam tantum eſſe, quædam autem tantum eſſe & viuere, quædam vero eſſe viuere & diſcernere. Et prima quidem eſſe minora: ſecunda media: tertia meliora. Videt iterum quædam tātum Heb. 11

eſſe

eſſe corporalia,quędam partim cor poralia , partim ſpiritcalia. ex quo aduertit aliqua eſſe mere ſpiritualia tanquam vtriſque meliora,& digniora. Videt nihilominus quędam eſſe mutabilia , & corruptibilia, vt terreſtria,quędam mutabilia,& incorruptibilia vt cœleſtia,ex quo ad uertit quædam eſſe immutabilia,& incorruptibilia vt ſupercęleſtia.Ex his ergo viſibilibus conſurgit ad cõſiderandum Dei potentiam, ſapientiam,& bonitatem,vt eſt entem,viuentem,& intelligentem mere ſpiritualem,& incorruptibilem, & intranſmutabilem.Hæc autem conſideratio diuerſificatur ſecundum ſeptiformem conditionem creaturarum:quæ eſt diuinæ potentiæ, ſapiẽtię,& bonitatis teſtimonium ſeptiforme: ſi cõſideretur cunctarum rerum origo, magnitudo, multitudo, pulchritudo,plenitudo, operatio,&

Gen.7. ordo. Origo namque rerum ſecundum creationem, diſtinctionem, & ornatum,quãtum ad opera ſex dierum

rum

rum diuinam prædicat potentiam, cuncta de nihilo producentem, ſapientiam cuncta lucidè diſtinguentem, & bonitatem cuncta largiter adornantem. Magnitudo autem rerum ſecundum molem longitudinis, latitudinis, & profunditatis: ſecundum excellentiam virtutis longè latèque, & profundè ſe extendentis, ſicut patet in diffuſione lucis: ſecundum efficaciam operationis intimæ, continuæ, & diffuſæ, ſicut patet in operatione ignis, manifeſte indicat immenſitatem potētiæ, ſapientię, & bonitatis trini Dei, qui in cunctis creaturis per potentiam, præſentiam, & eſſentiam incircumſcriptus exiſtit. Multitudo vero rerum ſecundum diuerſitatem generalem, ſpecialem, & indiuidualem in ſubſtantia, in forma, ſeu figura, & efficacia, vltra omnem humanā æſtimationem manifeſte trium prædictarum conditionũm in Deo immenſitatem inſinuat, & oſtendit. Pulchritudo autem rerum ſecundũ

varietatem luminum,figurarum,& colorum:in corporibus ſimplicibus, mixtis, & etiam complexionatis, ſicut in corporibus cœleſtibus, & mineralibus,ſicut lapidibus,& metallis, plantis, & animalibus, tria prædicta euidenter proclamat. Plenitudo autem rerum ſecundũ quod materia eſt plena formis, ſecundũ rationes ſeminales. Forma eſt plena virtute, ſecundum actiuam potẽtiam:virtus eſt plena effectibus, ſecundum efficientiam id ipſum manifeſte declarat. Operatio multiplex, ſecundum quod eſt naturalis, ſecundum quod eſt artificialis, ſecundum quod eſt moralis ſua multipliciſſima varietate oſtendit immenſitatem illius virtutis, artis, & bonitatis,quæ quidem eſt omnibus cauſa eſſendi,ratio intelligendi, & ordo viuendi. Ordo autem ſecundum rationem durationis, ſituationis,& influentiæ.ſ.per prius, & poſterius: ſuperius, & inferius: nobilius,& innobilius:in libro creaturæ

inſinuat

inſinuat manifeſte primi principij primitatem,ſublimitatem,& digni tatem,quantum ad infinitatem potentiæ. Ordo vero diuinarum legũ præceptorum,& iudiciorum, in libro ſcripturæ, immenſitatem ſapiẽ tiæ. Ordo autem diuinorum ſacramentorum,beneficiorum,& retributionum in corpore eccleſiæ, immenſitatem bonitatis, ita quod ipſe ordo nos in primum,ſummum, potentiſſimum,& ſapientiſſimum,& optimũ euidentiſſimè manuducit. Qui igitur tantis rerum creatarum ſplẽ doribus non illuſtratur cœcus eſt: qui tantis clamoribus non excitatur ſurdus eſt: qui ex omnibus effectibus Deum non laudat mutus eſt: qui ex tantis indiciis primum principium non aduertit ſtultus eſt. Aperi ergo oculos, aures ſpirituales admoue, labia tua ſolue, & cor tuũ appone: vt in omnibus creaturis Deum tuum videas,audias, laudes, diligas,& colas, magnifices, & honores,ne forte contra te vniuerſus

orbis

orbis terrarum inſurgat. Nam ob
Sap. 5. hoc pugnabit orbis terrarum cõtra
inſenſatos. Et econtra ſenſatis erit
Pſ 91. materia gloriæ, qui ſecundum prophetam poſſunt dicere. Delectaſti me domine in factura tua, & in operibus manuum tuarum exultabo, quàm magnificata ſunt opera tua domine: omnia in ſapientia feciſti, impleta eſt terra poſſeſſione tua.

De ſpeculatione Dei in veſtigijs ſuis in hoc ſenſibili mundo.
Cap. II.

SED quoniam circa ſpeculum ſenſibilium non ſolum contingitur contemplari Deum per ipſa tanquam per veſtigia, verumetiam in ipſis, inquantum eſt in eis per eſſentiam, potentiam, & præſentiam: & hoc conſiderare eſt altius, quàm præcedens: ideo huiuſmodi conſideratio ſecundum tenet locum, tanquam ſecundus contemplationis gradus, quo debemus manuduci ad

cõtẽplandũ Deũ in cunctis creatu
ris, quæ ad mentẽ noſtrã intrant p
corporales ſenſus. Notandũ igitur
quod iſte mũdus ſenſibilis (qui dici
tur megacoſmus.i.magnus mũdus)
intrat ad animam noſtram (quæ di
citur microcoſmus, id eſt minor mũ
dus) per portas quinque ſenſuum ſe
cundum ipſorum ſenſibilium appre
henſionem, oblectationem, & diiu-
dicationem. Quod patet ſic, nam in
eo quædam ſunt generantia, quædã
generata, quædam regentia hæc &
illa. Generantia ſunt corpora ſim-
picia. ſ. corpora cœleſtia, & quatuor
elementa. Nam ex elementis per
virtutem lucis reconciliantis con-
trarietatem elementorum in mix-
tis, habent generari, & produci quę
cunque generantur & producuntur
per operationem virtutis naturalis.
Generata vero ſunt corpora ex ele
mentis compoſita: ſicut mineralia,
vegetabilia, ſenſibilia, & corpora
humana. Regentia hæc, & illa, ſunt
ſubſtantiæ ſpirituales, ſiue omnino

coniunctæ, vt ſunt animæ brutales, ſiue cõiunctæ ſeparabiliter, vt ſunt ſpiritus rationales, ſiue omnino ſeparatæ, vt ſunt ſpiritus cœleſtes: quos philoſophi intelligentias, nos angelos appellamus. Quibus ſecundum philoſophos competit mouere corpora cœleſtia, ac per hoc eis attribuitur adminiſtratio vniuerſi, ſuſcipiendo à prima cauſa. ſ. Deo virtutis influentiam, quã refundunt ſecũdum opus gubernationis, quod reſpicit rerum conſiſtentiam naturalem. Secũdum autem Theologos attribuitur eiſdem regimen vniuerſi ſecundum imperium ſummi Dei, quantum ad opera reparationis, ſecundum quæ dicuntur adminiſtratorij ſpiritus miſſi propter eos, qui hereditatem capiunt ſalutis. Homo igitur, qui dicitur minor mundus, habet quinque ſenſus quaſi quinq; portas per quas intrat cognitio omnium quæ ſunt in mundo ſenſibili in animam ipſius. Nam per viſum intrant corpora ſublimia, luminoſa, &

ſa, & cætera colorata: per tactum vero corpora ſolida & terreſtria. Per tres vero ſenſus intermedios, intrant intermedia, vt per guſtum aquea, per auditum aerea, per odoratum vaporabilia: quæ aliquid habent de natura humida, aliquid de aerea, aliquid de ignea ſeu calida, ſicut patet in fumo ex aromatibus reſoluto. Intrant igitur per has portas tam corpora ſimplicia, quàm etiam compoſita, & ex his mixta. Quia vero ſenſu percipimus, nō ſolum hęc ſenſibilia particularia, quę ſunt lux, ſonus, odor, ſapor, & quatuor primariæ qualitates, quas apprehendit tactus, verumetiam ſenſibilia communia, quę ſunt numerus, magnitudo, figura, quies, & motus: & omne quod mouetur ab alio mouetur, & quædam ſeipſis mouētur, & quieſcunt, vt ſunt animalia. Dū per hos quinque ſenſus, motus corporum apprehendimus, manuducimur ad cognitionem motorum ſpiritualium, tanquam per effectum

in cognitionem cauſarum. Intrat igitur quantum ad tria rerum genera in animam humanam per apprehenſionem totus mundus iſte ſenſibilis, per ſenſibilium apprehenſionem. Hęc autem ſenſibilia exteriora ſunt, quæ primo ingrediuntur in animam per portas quinque ſenſuum. Intrant inquam, non per ſubſtantias ſuas, ſed per ſimilitudines ſuas, primo generatas in medio, & de medio in organo exteriori, & de organo exteriori in interiori, & de hoc in potentiam apprehenſiuam. Et ſic generatio ſpeciei in medio, & de medio in organo, & conuerſio potentiæ apprehenſiuæ ſuper illam, facit apprehenſionem omnium eorum, quæ exterius anima apprehendit. Ad hanc apprehenſionem ſi ſit rei conuenientis ſequitur oblectatio. Delectatur autem ſenſus in obiecto per ſimilitudinem abſtractam percepto, vel ratione ſpecioſitatis, ſicut in viſu: vel ratione ſuauitatis, ſicut in odoratu & auditu: vel ratio-

ne

ne ſalubritatis ſicut in guſtu & tactu appropriatè loquendo. Omnis autem delectatio eſt ratione proportionalitatis. Sed quoniam ſpecies tenet rationem formæ virtutis & operationis:ſecundũ quod habet reſpectum ad principium à quo manat,ad medium per quod tranſit,ad terminum in quem agit. Ideo proportionalitas aut attenditur in ſimilitudine ſecundum quod tenet rationem ſpeciei ſeu formæ, & ſic dicitur ſpecioſitas, quia pulchritudo, nihil aliud eſt quam æqualitas numeroſa, ſeu quidam partium ſitus cum coloris ſuauitate. Aut attenditur proportionalitas inquantum tenet rationem potentiæ ſeu virtutis, & ſic dicitur ſuauitas, cum virtus agens non improportionaliter excedit recipientem: quia ſenſus triſtatur in extremis & in mediis delectatur. Aut attenditur proportionalitas in quantum tenet rationem efficaciæ & impreſſionis, quæ tũc eſt proportionalis, quando agens im-

primendo replet indigentiam patiẽ tis, & hoc eſt ſaluare & nutrire ipſum quod maxime, apparet & in guſtu & tactu. Et ſic apparet quomodo per oblectationem delectabilia exteriora ſecundum triplicem rationem delectandi per ſimilitudinem intrãt in animam. Poſt hanc apprehenſionem & delectationem fit diiudicatio, qua non ſolum diiudicatur vtrum hoc ſit album vel nigrũ, quia hoc ſolum pertinet ad ſenſum exteriorem: non ſolum vtrum ſit ſalubre vel nociuum, quia hoc pertinet ad ſenſum interiorem, verum etiam qua diiudicatur & ratio redditur, quare hoc delectat, & in hoc actu inquiritur de ratione delectationis, quæ in ſenſu percipitur ab obiecto. Hoc eſt autem cum quæritur ratio pulchri, ſuauis, & ſalubris, & inuenitur: quia hæc eſt proportio æqualitatis. Ratio autem æqualitatis eſt eadem in magnis & paruis, nec extenditur dimenſionibus, nec ſuccedit ſeu tranſit cum tranſeun-

tibus, nec motibus alteratur. Abſtrahitur igitur à loco, tempore, & motu: ac per hoc eſt incommutabilis, incircumſcriptibilis, interminabilis, & omnino ſpiritualis. Diiudicatio igitur eſt actio, quæ ſpeciem ſenſibilem, ſenſibiliter per ſenſus acceptam introire facit depurãdo, & abſtrahendo, in potentiam intellectiuam. Et ſic totus iſte mundus introire habet in animam humanã per portas quinque ſenſuum ſecundum tres operationes prædictas. Hæc autem omnia veſtigia ſunt, in quibus ſpeculari poſſumus Deum noſtrum. Nam cum ſpecies apprehenſa ſit ſimilitudo in medio genita: & deinde ipſi organo impreſſa, & per illam impreſſionem in ſuum principium ſcilicet in obiectum cognoſcẽdum deducat, manifeſtè inſinuat quod illa lux æterna generat ex ſe ſimilitudinem, ſeu ſplendorẽ coæqualem, conſubſtantialem, & coæternalem. Et quod ille, qui eſt imago & ſimilitudo inuiſibilis Dei,

& ſplendor gloriæ & figura ſubſtā-tiæ eius,qui vbique eſt per primam ſui generationem,ſicut obiectum in toto medio ſuam generat ſimilitudinem,per gratiam vnionis vnitur, ſicut ſpecies corporum organo indi uiduo rationalis naturæ. Vt per illam vnionem nos reduceret ad patrem , ſicut ad fontale principium & obiectum . Si ergo omnia cognoſcibilia habent ſui ſpeciem genera re , manifeſte proclamant , quod in illis tanquam in ſpeculum videri poteſt æterna generatio verbi, ima ginis, & filij à Deo patre æternaliter emanantis.Secundum hunc mo dum ſpecies delectans vt ſpecioſa, ſuauis, & ſalubris inſinuat, quod in illa prima ſpecie eſt prima ſpecioſitas ,ſuauitas, & æqualitas ad gene rantem , in qua eſt virtus non per phantaſma , ſed per veritatem apprehenſionis illabens,in qua eſt im preſſio ſaluans & ſufficiens, & omnem apprehendentis indigentiam expellens. Si ergo delectatio eſt cō

iunctio conuenientis cũ conuenien te, & ſolius Dei ſimilitudo tenet rationem ſumme ſpecioſi, ſuauis, & ſalubris vnitur ſecundum plenitudinem replentem intimitatem, & ſecundum plenitudinem replentẽ omnem capacitatem, manifeſte videri poteſt, quòd in ſolo Deo eſt fontalis & vera delectatio, & quòd ad ipſam ex omnibus delectationibus manuducimur requirendam. Excellẽtiori autem modo & immediatiori diiudicatio ducit nos ĩ ęternam veritatem certius ſpeculandam. Si enim diiudicatio habet fieri per rationem abſtrahentem à loco, tempore, & mutabilitate, ac per hoc à dimenſione, ſucceſſione, & tranſmutatione per rationem immutabilem & incircumſcriptibilẽ & interminabilem, nihil autem eſt omnino immutabile, incircunſcriptibile, & interminabile, niſi quod eſt æternum: omne autem, quod eſt æternum, eſt Deus vel in Deo. Si ergo omnia quęcunque diiudicamus,
certius

certius per huiuſmodi rationem di-
iudicamus:patet quòd ipſe eſt ratio
omniũ rerũ & regula infallibilis,&
lux veritatis: in qua cuncta relucẽt
infallibiliter, indelebiliter, in-
dubitanter,irrefragibiliter, indiiu-
dicabiliter, incommutabiliter, in-
coarctabiliter,interminabiliter, in
diuiſibiliter, & intellectualiter. Et
cum leges ſuæ per quas iudicamus
certitudinaliter de omnibus ſenſibi
libus in noſtram conſiderationem
venientibus,ſint infallibiles & indu
bitabiles intellectui apprehenden-
tis,ſint indelebiles à memoria reco
lẽtis,tanquã ſemper præſentes,ſint
irrefragabiles & indiiudicabiles in
tellectui iudicantis: quia, vt dicit
Augu.nullus de eis iudicat,ſed per
illas, neceſſe eſt eas eſſe incommu-
tabiles & incorruptibiles tanquam
neceſſarias, & incoarctabiles tan-
quam incircunſcriptas, intermina-
biles tanquam æternas, ac per
hoc indiuiſibiles tanquam intelle-
ctuales & incorporeas: non factas
ſed

ſed increatas, æternaliter exiſtẽtes in arte æterna, à qua, & per quam, & ſecundum quam formantur formoſa omnia,& ideo nec certitudinaliter iudicari poteſt,niſi per illá, quæ non tantum fuit forma cuncta producens,verum etiam cuncta cõſeruans & diſtinguens, tãquam ens in omnibus formam tenens,& regula dirigens, & per quam diiudicat mens noſtra cuncta quæ per ſenſus intrant in ipſam. Hæc autem ſpeculatio dilatatur ſecundum conſiderationem ſeptiformem differẽtiarum numerorum, quibus quaſi ſeptem gradibus conſcenditur in Deum: ſecundum quod oſtendit Auguſtinus in libro de vera religione,& in ſexto muſicę; vbi aſſignat differentias, numerorum gradatim conſcendentium ab his ſenſibilibus vſque ad opificem omnium,vt in omnibus videatur Deus. Dicit enim numeros eſſe in corporibus & maxime in ſonis & vocibus: & hos vocat ſonantes. Numeros ab his abſtractos,& in

ſenſibus

ſenſibus noſtris receptos, & hos vocat occurſores. Numeros ab anima procedentes in corpus, ſicut patet in geſticulatoribus & ſaltatoribus, & hos vocat progreſſores. Numeros in delectationibus ſenſuum ex conuerſione intentionis ſuper ſpeciem receptam: & hos vocat ſenſuales. Numeros in memoria retentos & hos vocat memoriales. Numeros etiam per quos de his omnibus iudicamus & hos vocat iudiciales: qui, vt dictum eſt, neceſſario ſunt ſupra mentem tanquam infallibiles & indiiudicabiles. Ab his autem imprimuntur mentibus noſtris numeri artificiales: quos tamen inter illos gradus non enumerat Beatus Auguſtinus, quia connexi ſunt iudicialibus, & ab his manant numeri progreſſores: ex quibus creantur numeroſæ formæ artificiatorum: vt à ſummis per media ordinatus fiat deſcenſus ad infima. Ad hos etiam gradatim aſcendimus à numeris ſonantibus, mediatibus occurſoribus

ſen-

ſenſualibus & memorabilibus. Cũ ergo omnia ſint pulchra & quodãmodo delectabilia, & pulchritudo & delectatio non ſint abſque proportione, & proportio primo ſit in numeris, neceſſe eſt omnia eſſe numeroſa, ac per hoc numerus eſt præcipuum in animo conditoris exemplar, & in rebus præcipuum veſtigium ducens in ſapientiam. Quod cum ſit omnibus euidentiſsimum & Deo propinquiſſimum, propinquiſſimè quaſi per ſeptem differentias ducit in Deum, & facit eum cognoſci in cunctis corporalibus & ſenſibilibus: dumque numeroſa apprehendimus, in numeroſis proportionibus delectamur: & per numeroſarum proportionum leges irrefragabiliter iudicamus. Ex his duobus gradibus primis, quibus manu ducimur ad ſpeculandum Deum in veſtigiis, quaſi ad modum duarum alarum deſcendentium circa pedes colligere poſſumus, quòd omnes creaturæ iſtius ſenſibilis mundi ani-

mum

mum contemplantis & ſapientis ducunt in Deum æternum, pro eo quòd illius primi principij, potentiſſimi, ſapientiſſimi, & optimi, illius æternæ originis lucis, & plenitudinis, illius inquam artis efficiẽtis, exemplantis, & ordinantis ſunt vmbrę, reſonantię, & picturę: ſunt veſtigia, ſimulachra, & ſpectacula, nobis ad contuendum Deum propoſita & ſigna diuinitus data. Quæ inquam ſunt ſicut exemplaria vel potius exempla, propoſita mẽtibus adhuc rudibus & ſenſibilibus, vt per ſenſibilia quæ vident, tranſeant ad intelligibilia, quæ non vident tanquam per ſigna ad ſignata. Significant autem huiuſmódi creaturæ huius mũdi ſenſibilis inuiſibilia Dei, partim: quia Deus eſt omnis creaturæ origo, exemplar, & finis: & omnis effectus eſt ſignum cauſæ, & exemplatum exemplaris, & via finis, ad quẽ ducit, partim ex propria repręſentatione partim ex prophetica pręfigaratione, partim ex angelica ope-

ratione,

ratione, partim ex ſuperaddita inſtitutione: Omnis enim creatura ex natura eſt illius æternæ ſapientiæ quædam effigies & ſimilitudo, ſed ſpecialiter illa quæ in libro ſcri pturæ per ſpiritum prophetiæ aſsũ pta eſt ad ſpiritualium præfiguratio nem. Specialius autem illæ creaturæ in quarũm effigie Deus angelico miniſterio voluit apparere. Specialiſſime vero ea, quam voluit ad ſignandum inſtituere, quæ tenet non ſolum rationem ſigni ſecundum no men commune, verum etiam ſacra menti. Ex quibus omnibus colligitur, quòd inuiſibilia Dei à creatura mundi per ea, quæ facta ſunt intellecta conſpiciuntur: ita quòd qui nolunt iſta aduertere, & Deum in his omnibus cognoſcere, benedicere, & amare, inexcuſabiles ſint, dũ nolunt transferri de tenebris in admirabile lumen Dei. Deo autem gratias per Ieſum Chriſtum Domi num noſtrum, qui nos de tenebris tranſtulit in admirabile lumen ſuũ,

dum

1.Pe.1. dum per hæc lumina exterius data ad ſpeculum mentis noſtræ in quo relucent diuina, diſponimur ad reintegrandum.

De ſpeculatione Dei per ſuam imaginem naturalibus potentijs inſignitam. Cap. III.

QVoniam autem duo gradus prædicti ducendo nos in Deũ per veſtigia ſua (per quæ in cunctis creaturis relucet) manuduxerunt nos vſque ad hoc, vt ad nos reintraremus in mentem ſcilicet noſtram, in qua diuina relucet imago. Hinc eſt, quòd iam tertio loco ad noſmetipſos intrantes, & quaſi atrium forinſecus relinquentes, in ſanctis, ſcilicet in anteriori parte tabernaculi conari debemus per ſpeculum videre Deum: vbi ad modum candelabri relucet lux veritatis in facie noſtræ mentis, in qua ſcilicet reſplendet imago beatiſſimæ Trinitatis. Intra igitur ad te, & vide.

vide quoniam mens tua amat ferventiſsime ſemetipſam:nec ſe poſſet amare niſi ſe noſceret, nec ſe noſceret niſi ſui meminiſſet; quia nihil capimus per intelligentiam, quod non ſit præſens apud noſtram memoriam, & ex hoc aduertis animam tuam triplicem habere potentiam, non oculo carnis ſed oculo rationis. Conſidera igitur harum triū potentiarum operationes & habitudines, & vídere poteris Deum per te tāquam per imaginem; quod eſt videre per ſpeculum & in enigmate. Operatio autem memoriæ eſt retentio & repreſentatio, non ſolū præſentium temporalium & corporalium, verum etiam ſuccedentiū, ſimplicium,& ſempiternalium. Retinet nanque memoria præterita per recordationem, præſentia per ſuſceptionem, futura per præuiſionem. Retinet etiam ſimplicia ſicut principia quantitatum continuatum & diſcretarum, vt punctum, inſtans,& vnitatem, ſine quibus im

 poſſi-

poſsibile eſt meminiſſe aut cogitare ea, quæ principiantur per hæc. Retinet nihilominus ſcientiarum principia & dignitates, vt ſempiternalia & ſempiternaliter, quia nunquam poteſt ſic obliuiſci eorum dũ modo ratione vtatur: quin ea audita approbet & eis aſſentiat, nõ tanquam de nouo percipiat, ſed tanquam ſibi innata & familiaria recognoſcat. Sicut patet ſi proponatur alicui, de quolibet affirmatio vel negatio, vel omne totũ eſt maius ſua parte vel quæcũq. alia dignitas, cui nõ eſt cõtradicere admittitur ratione. Ex prima igitur retẽtione actuali omnium temporalium, præteritorum ſcilicet, præſentium, & futurorum, habet effigiem æternitatis, cuius præſens indiuiſibile ad omnia tempora ſe extendit. Ex ſecunda apparet quod ipſa non ſolum habet ab exteriori formari per fãtaſmata, verum etiam à ſuperiori ſuſcipiendo & in ſe habendo ſimplices formas, quę non poſſunt introi-

te per portas ſenſuum & ſenſibilium phantaſias. Ex tertia habetur, quod ipſa habet lucem incommutabilem ſibi præſentem: in qua meminit inuariabilium veritatũ. Et ſic per operationes memoriæ apparet quod ipſa anima eſt imago Dei, & ſimilitudo adeo ſibi pręſens, & eum habens præſentem: quod eum actu capit & per potentiam capax eius eſt & particeps eſſe poteſt. Operatio autem virtutis intellectiuæ eſt in perceptione intellectus terminorum, propoſitionum & illationum. Capit autem intellectus terminorum ſignificata cum comprehendit quid eſt vnumquodque per diffinitionem. Sed diffinitio habet fieri per ſuperiora, & illa per ſuperiora diffiniri habent vſque quo ueniatur ad ſuperna & generaliſſima, quibus ignoratis, non poſſunt intelligi diffinitiue inferiora. Niſi igitur cognoſcatur, quid eſt ens per ſe non poteſt plene ſciri diffinitio alicuius ſpiritualis ſubſtantiæ.

Nec ens per ſe cognoſci poteſt niſi cognoſcatur cum ſuis conditionibus quæ ſunt vnum,verum.bonum. Ens autem cum poſſit cogitari vt diminutum,& vt completum:vt imperfectum & vt perfectum:vt ens in potentia,& vt ens in actu:vt ens ſecundum quid,& vt ens ſimpliciter: vt ens in parte,& vt ens totaliter:vt ens tranſiens, & vt ens manens: vt ens per aliud,& vt ens per ſe: vt ens permixtum non enti, vt ens purũ: vt ens dependens, & vt ens abſolutũ: vt ens poſterius, & vt ens prius: vt ens mutabile & vt ens immutabile:vt ens ſimplex, & vt ens compoſitum, cum priuationes & defectus nullatenus poſſint cognoſci niſi per poſitiones. Non venit intellectus noſter:vt plenè reſoluens intellectũ alicuius entium creatorum, niſi iuuetur ab intellectu entis puriſſimi, actualiſsimi,completiſſimi, & abſoluti;quod eſt ſimpliciter & æternũ, in quo ſunt rationes omnium in ſua puritate. Quomodo autẽ ſciret

intel-

intellectus hoc eſſe ens defectiuum & incompletum, ſi nullam haberet cognitionem entis abſque omni defectu. Et ſic de aliis conditionibus prælibatis. Intellectum autẽ propoſitionum tũc intellectus noſter dícitur veraciter cõprehendere, cũ certitudinaliter ſcit illas veras eſſe:& hoc ſcire, eſt ſcire quoniam non poteſt falli in illa cõprehenſione. Scit enim quòd veritas illa non poteſt aliter ſe habere. Scit igitur veritatem illam eſſe incommutabilem. Sed cum ipſa mens noſtra ſit commutabilis, illam ſic incommutabiliter relucentem non poteſt videre, niſi per aliquam aliam lucem omnino incommutabiliter radiantem, quam impoſſibile eſt eſſe creaturã mutabilem. Scit igitur in illa luce, quæ illuminat omnẽ hominem venientem in hunc mundũ, quæ eſt lux vera & verbum in principio apud Deum. Intellectum autem illationis tunc veraciter percipit noſter intellectus, quando videt quòd

concluſio neceſſario ſequetur ex præmiſsis : quod non ſolum videt in terminis neceſſarijs , verum etiam in contingentibus , vt ſi homo currit, homo mouetur. Hanc autem neceſſariam habitudinem percipit non ſolum in rebus entibus, verum etiam in non entibus. Sicut enim homine exiſtente, ſequetur, ſi homo currit, homo mouetur: ſic etiam non exiſtente. Huiuſmodi igitur illationis neceſsitas non venit ab exiſtentia rei in materia, quia eſt contingens: nec ab exiſtētia rei in anima, quia tunc eſſet fictio, ſi non eſſet in re. Venit igitur ab exemplaritate in arte æterna ſecundum quam res habent aptitudinem & habitudinem ad inuicem ſecundum illius æternę artis repreſentationem. Omnis igitur, vt dicit Auguſtinus in libro de vera religione, veræ ratiocinãtis lumē accenditur ab illa veritate, & ad ipsã nititur peruenire. Ex quò manifeſte apparet, quòd coniunctus ſit intel-

tellectus noſter ipſi æternæ verita ti:dũ non niſi per illam docentẽ nihil verũ poteſt certitudinaliter capere. Videre igitur per te potes veritatem, quę te docet, ſi te concupiſcentiæ & phantaſmata non impediant & ſe tanquam nubes inter ſe & veritatis radiũ non interponant. Operatio autem virtutis electiuæ attenditur in conſilio, iudicio, & deſiderio. Conſilium autem eſt in inquirendo quod ſit melius, hoc an illud. Sed melius non dicitur niſi per acceſſum ad optimum. Acceſſus autem eſt ſecundum maiorem aſsimilationẽ. Nullus igitur ſcit vtrũ hoc ſit illo melius, niſi ſciat illud optimo magis aſsimilari. Nullus autem ſcit aliquid aliud magis aſsimilari, niſi illud cognoſcat. Nõ.n. ſcio hũc ſimilẽ eſſe Petro, niſi ſciã vel cognoſcã Petrum. Omni igitur cõſilianti neceſſario eſt impreſſa notio ſummi boni. Iudicium autem certũ de conſiliabilbius eſt per aliquã legẽ. Nullus aũt certitudinaliter iudicat

per legem, niſi certus ſit, quòd illa lex recta ſit, & quòd ipſam iudicare non debet. Sed mens noſtra iudicat de ſeipſa. Cum igitur non poſſit iudicare de lege, per quam iudicat lex illa, ſuperior eſt mente noſtra: & per hanc iudicat ſecundum quod ſibi impreſſa eſt. Nihil autem eſt ſuperius mente humana, niſi ſolus ille qui fecit eam. Igitur in iudicando, deliberatiua noſtra pertingit ad diuinas leges, ſi plena reſolutione diſſoluat. Deſiderium autem principaliter eſt ipſius, quod maxime ipſum mouet. Maxime autem mouet, quod maxime amatur. Maxime aũt amatur eſſe beatum. Beatum autem eſſe non habetur, niſi per optimum & finem vltimum. Nihil autem appetit humanum deſiderium, niſi ſummum bonũ, vel quod eſt ad illud, vel quod habet aliquã effigiem illius. Tanta eſt vis ſummi boni, vt nihil niſi per illius deſiderium à creatura poſſit amari. Quæ tunc fallitur & errat, cum effigiem

& ſi-

& ſimulachrum pro ueritate accc-ptat. Vides ergo quomodo anima Deo eſt propinqua, & quomodo memoria in æternitatem, intelligentia in veritatem, electiua potentia ducit in bonitatem ſummam ſecundum operationes ſuas. Secundum autem harum potentiarum originem & habitudinem: ducit in ipſam beatiſſimam trinitatem. Nam ex memoria oritur intelligentia, vt ipſius proles, quia tunc intelligimus, cum ſimilitudo, quę eſt in memoria reſultat in acie intellectus, quæ nihil aliud eſt, quam verbum. Ex memoria & intelligentia ſpirat amor tanquam nexus amborum. Hæc tria ſcilicet mens generans verbum & amor, ſunt in anima quo ad memoriam intelligentiam & voluntatem: quæ ſunt conſubſtantiales coæquales, & coæuæ, ſe inuicem circunincedentes. Si igitur Deus perfectus eſt ſpiritus, habet memoriam, intelligentiam, & voluntatem: habet & verbum genitum & amorem ſpira-

tum:

tum : qui neceſſario diſtinguuntur, cum vnus ab altero producatur non eſſentialiter, non accidentaliter, ergo perſonaliter. Dum igitur mẽs ſeipſam conſiderat per ſe tanquam per ſpeculum conſurgit ad ſpeculandam Trinitatem beatam Patris Verbi & Amoris, trium perſonarum coæternarum, coæqualium, & ſubſtantialium : ita quòd quilibet trium in quolibet eſt aliorum : vnus tamen non eſt alius, ſed ipſi tres ſunt vnus Deus. Ad hanc ſpeculationem, quam habet anima de ſuo principio trino & vno per trinitatem ſuarum potentiarum, per quas eſt imago Dei : iuuatur per lumina ſcientiarum, quæ ipſam perficiunt & informant, & Trinitatem beatiſsimam tripliciter repræſentant. Nam omnis philoſophia aut eſt naturalis, aut rationalis, aut moralis. Prima agit de cauſa eſſendi, & ideo ducit in potentiam Patris. Secunda de ratione intelligendi, & ideo ducit in ſapiẽ-

tiam

tiam Filij. Tertia de ordine viuēdi, & ideo ducit in bonitatem Spiritus ſancti. Rurſus prima diuiditur in methaphiſicā, mathematicā, & phyſicam Et prima eſt de rerum eſſentijs: ſecunda de numeris & figuris: tertia de naturis, virtutibus, & operationibus diffuſiuis. Et ideo prima in primum principium Patrem: ſecunda in eius imaginem Filium: tertia ducit in Spiritus ſancti donum. Secunda diuiditur in grammaticā, quę facit potentes ad exprimendū, logicā quæ facit perſpicaces ad arguendū, rethoricam q̄ facit habiles ad perſuadendum ſiue mouendū. Et hęc ſimiliter inſinuat myſteriū ſummę Trinitatis. Tertia diuiditur in monarchiam, œconomicā, & politicam. Et prima inſinuat primi principij innaſcibilitatem, ſecunda filij familiaritatem, tertia ſpiritus ſancti liberalitatem. Omnes autem iſtę ſciētiæ habent regulas certas & infallibiles, tanquam lumina & radios deſcendentes à lege æterna in men-

mentem noſtram. Et ideo mens noſtra tantis ſplendoribus irradiata & ſuperfuſa, niſi ſit cœca, manuduci poteſt per ſe ipſam ad contẽplandam illam lucem æternam: huius autem lucis irradiatio & conſideratio ſapientes ſuſpendit in admirationem: & è contra inſipientes, qui non credunt vt intelligant, ducit in perturbationẽ: vt impleatur illud propheticũ. Illuminans tu
Pſal. 7 mirabiliter à montibus æternis turbati ſunt omnes inſipientes corde.

De ſpeculatione Dei in ſua imagine donis gratuitis reformata.
Cap. IV.

SEd quoniam non ſolum per nos tranſeundo verum etiam in nobis contingit contemplari primum principium & hoc maius eſt quàm præcedens, ideo hic modus conſiderandi quartum obtinet contemplationis gradum. Mirum autem videtur cum oſtensũ ſit, quod Deus

ita

ita propinquus ſit mẽtibus noſtris, quòd tam paucorum eſt in ſeipſis primum principium ſpeculari. Sed ratio eſt in promptu, quia mens humana ſollicitudinibus diſtracta, nõ intrat ad ſe per memoriam: phantaſmatibus obnubilata, non redit ad ſe per intelligentiam: concupiſcentiis illecta, nequaquam reuertitur ad ſeipſam per deſideriũ ſuauitatis internæ & lætitiæ ſpiritualis. Ideo totatiter in his ſenſibilibus iacens, non poteſt ad ſe tanquam ad Dei imagiaem reintrare. Et quoniam vbi quis ceciderit, neceſſe habet ibidem recumbere, niſi apponat quis & adijciat vt reſurgat, non potuit anima noſtra perfecte ab his ſenſibilibus releuari ad contuitum ſui & æternæ veritatis in ſe ipſa, niſi veritas aſſumpta forma humana in Chriſto fieret ſibi ſcala reparans priorem ſcalam, quæ fracta fuerat in Adam. Vnde quantumcunque ſit illuminatus quis lumine na-

turæ & ſcientiæ acquiſitę nō poteſt intrare in ſe, vt in ſeipſo delectetur in domino, niſi mediante Chriſto,
Ioh.10 qui dicit. Ego ſum oſtium, per me ſiquis introierit ſaluabitur & ingredietur & egredietur & paſcua inueniet. Ad hoc autē oſtium non appropinquamus, niſi in ipsū credamus, ſperemus, & amemus. Neceſſe eſt igitur ſi reintrare volumus ad fruitionem veritatis, tanquam ad paradiſum, quod ingrediamur per fidē, ſpem, & charitatē mediatoris Dei
Gen.2. & hominum Ieſu Chriſti, quia eſt tanquam lignum uitæ in medio paradiſi. Superueſtiēda eſt igitur imago mentis noſtræ tribus virtutibus theologicis, quibus anima purificatur, illuminatur, & perficitur: & ſic imago reformatur & conformis ſupernæ Hieruſalem efficitur, & pars Eccleſiæ militantis, quæ eſt proles (ſecundum Apoſtolum) Hieruſalē
Gal.4. cœleſtis. Ait enim ea quæ ſurſum eſt Hieruſalem libera eſt, quæ eſt mater noſtra. Anima igitur credens.

dens,ſperans,& amans Ieſum Chriſtum, qui eſt verbum incarnatum, increatũ,& inſpiratum:ſcilicet via, veritas,& vita. Dum per fidem credit in Chriſtum tanquam per verbum increatum (quod eſt verbũ & ſplendor patris) recuperat ſpiritualem auditum & viſum : auditum ad ſuſcipiendum Chriſti ſermones:viſum ad conſiderandum ipſius lucis ſplẽdores. Dum aũt ſpe ſuſpirat ad ſuſcipiẽdum verbũ inſpiratum per deſiderium & effectum, recuperat ſpiritualem olfactum. Dum charitate,cõplectitur verbum incarnatũ vt ſuſcipiens ab ipſo delectationem, & vt tranſiens in illum per extaticũ amorem recuperat guſtum & tactum. Quibus ſenſibus recuperatis dum ſponſum videt,& audit,odoratur,& guſtat,& amplexatur,decantarepoteſt tanquam ſponſa canticũ canticorum : quod factum eſt ad exercitiũ cõtemplationis ſecundũ hunc quartum gradũ, quẽ nemo capit niſi qui accipit:quia magis eſt in *Heb. 1*

expe-

experientia affectuali, quam in con ſideratione rationali. In hoc nanq; recuperatis sẽſibus interioribus, ad videndum ſumme pulchrum, ad audiendum ſumme harmonicum, ad deguſtandam ſnmme ſuaue, ad apprehendendum ſumme delectabile diſponitur anima ad mentales exceſſus, ſcilicet per deuotionem admirationem, exultationem ſecundum illas tres exclamationes, quæ fiunt in canticis canticorum. Quarum prima fit per ſuperabundantiã deuotionis, per quam fit anima ſicut virgula fumi ex aromatibus, myrrhæ, & thuris: Secũ da per excellentiam admirationis, per quam fit anima ſicut aurora, luna, & ſol, ſecũdum proceſſum illuminationum conſideratum. Tertia per ſuperabũdantiam exultationis, per quam fit anima ſuauiſsimæ delectationis deliitijs affluens, innixa totaliter ſuper dilectum ſuũ. Quibus adeptis efficitur ſpiritus noſter hierarchicus ad conſcendendum ſurſum ſecundum

dum conformitatem ad illam Hieruſalem ſupernam, in quam nemo intrat, niſi prius per gratiam ipſa in eos deſcendat: ſicut vidit Ioannes in Apocalypſi ſua. Tunc autem in cor deſcendit, quando per reformationem imaginis, per virtutes Theologicas, & per oblectationes ſpiritualium ſenſuum & ſuſpenſiones exceſſuum, efficitur ſpiritus noſter hierarchicus, ſcilicet purgatus, illuminatus, & perfectus. Sic etiam gradibus nouem ordinum inſignitur, dum & ordinate in eo interius diſponitur, nunciatio, dictatio, ductio, ordinatio, roboratio, imperatio, ſuſceptio; reuocatio, vnctio, quę gradatim correſpondent nouem ordinibus angelorum, ita quod primi trium prædictorum gradus reſpiciunt in mente humanam naturam: tres ſequentes induſtriam: & tres poſtremi gratiam. Quibus habitis anima intrando in ſeipſam intrat in ſupernam Hieruſalem: vbi ordines angelorum conſiderans, videt in eis

O Deum,

Deum, qui habitans in eis, omnes eorum operatur operationes. Vnde dicit Bernardus ad Eugeniũ, quòd Deus in ſeraphim amat vt charitas: in cherubim nouit vt veritas: in throno ſedet vt æquitas: in dominationibus dominatur vt maieſtas: in principatibus regit vt principium: in poteſtatibus tuetur vt ſalus: in virtutibus operatur vt virtus: in archangelis reuelat vt lux: in angelis
1.Cor. aſsiſtit vt pietas. Ex quibus omni-
1. bus videtur Deus omnia in omnibus, per contemplationem ipſius in mentibus, in quibus habitat per dona affluentiſſimæ charitatis. Ad huius autem ſpeculationis gradum ſpiritualiter & præcipue adminiculatur conſideratio ſacræ ſcripturæ diuinitus immiſſę, ſicut philoſophia præcedentem. Sacra enim ſcriptura principaliter eſt de operibus reparationis: vnde & ipſa præcipue agit de fide, ſpe, & charitate, per quas virtutes habet anima reforma
1.Thi ri & ſpecialiſsime de charitate. De
1. qua

qua dicit Apoſtolus, quòd eſt finis præcepti ſecundũ quod eſt de corde puro, & cõſcientia bona, & fide non ficta. Ipſa eſt plenitudo legis, vt dicit idẽ. Et ſaluator noſter aſſerit totam legem, prophetaſq; pendere in duobus præceptis eiuſdem, ſcilicet in dilectione Dei & proximi: quæ duo vniuntur in vno ſponſo Eccleſiæ Ieſu Chriſto, qui ſimul eſt proximus & Deus, ſimul frater & dominus ſimul etiã rex & amicus, ſimul verbum increatum & incarnatum, formator noſter & reformator, alpha & ω. Qui etiã ſummus hierarcha eſt, purgans, illuminans & perficiens ſponſam, ſcilicet totam eccleſiam, & quamlibet animam ſanctã. De hoc igitur hierarcha, & eccleſiaſtica hierarchia eſt tota ſacra ſcriptura, per quã docemur purgari, illuminari, & perfici: & hoc ſecundũ triplicẽ legẽ in ea traditam, ſcilicet naturæ, ſcripturæ, & gratię. Vel potius ſecundũ triplicẽ partẽ eius principalem: ſcilicet Moſay-

Rom. 13.
Matt. 22.
Apo. 1.

cam purgantem, reuelationem pro phecticam illuſtrantem, & eruditionem euangelicam perficientem, vel potiſsimum ſecundum triplicẽ eius intelligentiam ſpiritualem; ſcilicet tropologicam quæ purgat ad honeſtatem vitæ: allegoricam quæ illuminat ad claritatem intelligentiæ, anagogicam, quæ perficit per exceſſus mentales ad ſapientiæ perceptiones ſuauiſſimas, ſecundũ tres virtutes prædictas theologicas, & ſenſus ſpirituales reformatos, & exceſſus tres ſupradictos, & actus mentis hierarchicos: quibus ad interiora regreditur mens noſtra, vt ibidẽ ſpeculetur Deum in ſplendoribus ſanctorum, & in eiſdem tanquam in cubilibus dormiat in pace & requieſcat, ſponſo adiurante quòd nõ excitetur donec de eius voluntate procedat. Ex his duobus gradibus medijs, per quos ingredimur, ad cõtemplandum Deum intra nos tanquam in ſpeculis imaginum creatarum, & hoc quaſi ad modum ala-

rum

rum expanſarum ad volandũ, quæ tenebant medium locum intelligere poſſumus quod in diuinis manuducimur per ipſius animæ rationalis, potẽtias naturaliter inſitas quãtum ad earum operationes, habitudines. & habitus ſcientiales, ſecundum quod apparet ex tertio gradu. Manuducimur etiam per ipſius animæ potentias reformatas, & hoc gratuitis vir.utibus, & ſenſibus ſpiritualibus, & mẽtalibus exceſſibus, ſicut patet ex quarto. Manuducimur nihilominus per hierarchicas operationes, ſcilicet purgationis, il luminationis, & perfectionis mentium humanarum: per hierarchicas reuelationes ſacrarum ſcripturarũ, nobis per angelos datarum, ſecundum illud Apoſtoli: quòd lex data eſt per angelos in manu mediatoris. Et tandem manuducimur per hierarchias, & hierarchicos ordines, quę in mente noſtra diſponi habent inſtar ſupernæ Hieruſalem. Quibus omnibus luminibus intel- Gal. 3.

lectualibus anima noſtra repleta à diuina ſapientia, tanquam domus Dei inhabitatur effecta Dei filia ſponſa, & amica: effecta Chriſti capitis membrũ, ſoror, & cohæres: effecta nihilominus Spiritus ſancti templum, fundatum per fidem, eleuatnm per ſpem, & Deo dicatum per mentis &corporis ſanctitatem.

Ro. 8. Quod totum facit ſinceriſſima charitas Chriſti; quæ diffunditur in cordibus noſtris per Spiritũ ſanctum, qui datus eſt nobis, ſine quo ſpiritu

1. Cor. 2. ſcire non poſſumus ſecreta Dei. Sicut enim quæ ſunt hominis nemo ſcire poteſt, niſi ſpiritus hominis, qui eſt in illo, ita & quæ ſunt Dei nemo ſcit, niſi ſpiritus Dei. In

Eph. 3 charitate igitur radicemur & fundemur vt poſſimus comprehendere eã cũ omnibus Sanctis, quę ſit longitudo æternitatis, quæ latitudo liberalitatis, quæ ſublimitas maieſtatis, & quod profundum ſapientiæ iudicantis.

De ſpeculatione diuinæ vnitatis per eius nomen primariū, q̄ eſt Eſſe. C. V.

QVoniam autem cõtingit contemplari Deum, non ſolum extra nos & intra nos verum etiam ſupra nos. Extra nos per veſtigium, intra nos per imaginem, & ſupra nos per lumen, quod eſt ſignatum ſupra mentem noſtram, quod eſt lumen veritatis æternæ, cū ipſa mens noſtra immediate ab ipſa veritate informetur. Qui exercitati ſunt in primo modo, intrauerunt iam in atrium ante tabernaculum: qui vero in ſecundo intrauerunt in ſancta qui autem in tertio intrant cū ſummo pontifice in ſancta ſanctorum vbi ſupra arcā ſunt cherubim gloriæ obumbrantia propitiatorium, per quæ intelligimus duos modos ſeu gradus contemplandi Dei inuiſibilia & æterna quorum vnus verſatur circa Dei eſſentialia, alius vero circa propria perſonarū. Primus modus primo & principaliter defigit aſpectum in ipſum eſſe dicēs q̄ qui

Pſ. 4.

Heb. 9.

eſt, eſt primum nomen Dei. Secundus modus defigit aſpectum in ipsũ bonum, dicens hoc eſſe primum nomen Dei. Primum ſpectat potentiſſime ad vetus teſtamentum, quod maxime prædicat diuinæ eſſentiæ vnitatem. Vnde dictum eſt Moyſi. *Exo. 3.* Ego ſum qui ſum. Secundum ad nouum, quod determinat perſonarum pluritatem baptizando in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti. *Matt. 28.* Ideo magiſter noſter Chriſtus volens adoleſcentem, qui ſeruauerat legem, ad euangelicam leuare perfectionē, nomen bonitatis Deo principaliter & præciſe attribuit. *Matt. 19.* Nemo inquit bonus, niſi ſolus Deus. Damaſcenus igitur ſequēs Moyſen dicit, quod qui eſt eſt, primum nomen Dei. Dyoniſius ſequens Chriſtum dicit, quod, bonum, eſt primũ nomen Dei. Volens igitur contemplari Dei inuiſibilia, quo ad eſſentiæ vnitatem; primo defigat aſpectum in ipſum eſſe, & videat ipſum eſſe à Deo in ſe certiſſimum, quod

non

non poteſt cogitari non eſſe, quia ipſum eſt puriſſimū non occurrit, niſi in plena fuga nō eſſe. Sicut igitur omnino nihil habet de eſſe, nec de eius cōditionibus, ſic contra ipſum eſſe nihil habet de nō eſſe, nec actu nec potentia: nec ſecundum veritatem rei, nec ſecundum æſtimationem noſtram. Cum autem non eſſe priuatio ſit eſſendi, non cadit in intellectum, niſi per eſſe, eſſe autem nō cadit per aliud, quia omne quod intelligitur, aut intelligitur, vt non ens, aut ens in potentia, aut vt ens in actu. Si igitur non ens, non poteſt intelligi, niſi per ens, & ens in potentia, non niſi per ens in actu, & eſſe nominat ipſum purum actum entis: eſſe igitur eſt, quod primo cadit in intellectum: & illud eſſe eſt, quod eſt purus actus. Sed hoc non eſt eſſe particulare, quod eſt eſſe arctatū, quia permixtum eſt cum potentia: nec eſſe analogū, quia minime habet de actu eo quod minime eſt. Reſtat igitur quod illud eſſe eſt

eſſe diuinum. Mira igitur eſt cæcitas intellectus, qui non conſiderat illud quod prius videt, & ſine quo nihil poteſt cognoſcere. Sed ſicut oculus intentus in varias colorum differētias: lucem, per quam videt cætera, non videt: & ſi videt non tamen aduertit, ſic oculus mentis noſtræ intentus in iſta entia particularia & vniuerſalia, ipſum eſſe extra omne genus (licet primo occurrat menti & per ipſum alia) tamen nō aduertit. Vnde veriſſime apparet quod ſicut oculus veſpertilionis ſe habet ad lucem, ita ſe habet oculus mentis noſtræ ad manifeſtiſſima naturæ. Quia aſſuefactus ad tenebras entium & phantaſmata ſenſibiliū, cū ipſam lucem ſummi eſſe intuetur, videtur ſibi nihil videre, nō intelligens quod ipſa caligo ſumma eſt mentis noſtræ illuminatio ſicut quando videt oculus puram lucem videtur ſibi nihil videre. Vide igitur ipſum puriſſimum Eſſe ſi potes, & occurret tibi, quod ipſum non po-

teſt

teſt cógitari, vt ab alio acceptum, ac per hoc neceſſario cogitatur, vt omnimode primũ, quod nec de nihilo, nec de alio poteſt eſſe. quid enim eſt per ſe, ſi ipſum eſſe non eſt per ſe, nec à ſe? Occurret etiam tibi vt carens omnino nõ eſſe, ac per hoc, vt nunquam incipiens, nunquã deſinẽs; ſed æternũ. Occurret tibi vt nullo modo in ſe habens, niſi quod eſt ipſum eſſe, ac per hoc vt nullo modo compoſitum, ſed ſimpliciſsimũ. Occurret etiam vt nihil habẽs poſſibilitatis: quia omne poſſibile aliquo modo habet aliquid de non eſſe ac per hoc vt ſumme actualiſſimum. Occurret vt nihil habens defectibilitatis, ac per hoc vt perfectiſſimum. Occurret poſtremo vt nihil habens diuerſificationis: ac per hoc vt ſumme vnũ. Eſſe igitur quod eſt eſſe purũ, & eſſe ſimpliciter, & eſſe abſolutũ, eſt eſſe primariũ, ęternũ, ſimpliciſſimũ, actualiſsimũ pfectiſsimũ, & ſũmę vnũ, Et sũt hęc ita certa quod nõ põt ab intelligẽte ipsũ eſſe, cogitari ho-

horum oppoſitum & vnum horum neceſſario infert aliud. Nam quia ſimpliciter eſt eſſe, ideo ſimpliciter primum. Quia ſimpliciter primum, ideo non eſt aliud factum, nec niſi à ſeipſo eſſe potuit: ergo æternum. ideo non ex aliis: ergo ſimpliciſſimum. Item quia primum æternum & ſimpliciſſimum, ideo nihil eſt in eo poſſibilitatis cum actu permixtū & ideo actualiſſimum. Quia primū æternum ſimpliciſſimum actualiſſimum, ideo perfectiſſimum. Tali omnino nihil deficit, nec aliqua poteſt fieri additio. Quia primum, æternum, ſimpliciſſimum, actualiſsimū, perfectiſſimum, ideo ſumme vnum. Quod enim per omnimodam ſuperabundantiam dicitur: dicitur reſpectu omnium. Quod etiam ſimpliciter per ſuperabundantiam dicitur, impoſsibile eſt vt conueniat niſi vni ſoli. Vnde ſi Deus nominat eſſe primarium æternum ſimpliciſsimum actualiſsimū, impoſsibile eſt ipſum cogitari nō eſſe, nec eſſe niſi

vnum ſolum. Audi igitur Iſrael: *Deut.* 6
Deus tuus vnus eſt. Si hoc vides in pura mentis ſimplicitate, aliqualiter perfunderis æternæ lucis illuſtratione. Sed habes vnde ſubleueris in admirationem. Nam ipſum eſſe eſt primum & nouiſsimum, eſt æternum & præſentiſsimũ, eſt ſimpliciſsimum & maximum, eſt actualiſsimum & immutabiliſsimum, eſt perfectiſsimũ & immenſum & ſumme vnum & tamen omnimodum. Si hæc pura mente miraris, maiore luce perfunderis, dum vlterius vides quia ideo eſt nouiſsimum, quia primum. Quia enim eſt primum omnia operatur propter ſeipſum: & ideo neceſſe eſt quod ſit finis vltimus, initium & cõſummatio, alpha & ω. Ideo eſt præſentiſsimum, quia æternum: quia enim æternum non fluit ab alio, nec deficit à ſeipſo, nec decurrit ab vno in aliud, ergo nec habet prçteritum, nec futurum, ſed eſſe præſens tantum. Ideo maximum quia ſimpliciſsimum: quia enim

enim ſimplicisſimum in eſsentia, ideo maximum in virtute: quia virtus quanto plus eſt vnita, tanto plus eſt infinita. Ideo immutabiliſsimum quia actualiſsimum quia enim actualiſsimum, ideo eſt actus purus. Et quod tale eſt, nihil noui acquirit, nihil habitũ perdit, ac per hoc non poteſt mutari. Ideo immenſum quia perfectiſsimũ. Quia enim perfectiſsimũ nihil poteſt cogitari vltra ipſum melius, nobilius, nec dignius: ac per hoc nihil maius: & omne tale eſt immenſum. Ideo omnimodũ quia ſumme vnũ. Quia enim ſumme vnũ: ideo omnis multitudinis vniuerſale principiũ. Ac per hoc ipsũ eſt vniuerſalis omniũ cauſa efficiens, exẽmplans, & terminans: ſicut cauſa eſſendi, ratio intelligendi, & ordo viuendi. Eſt igitur omnimodum non ſicut omniũ eſſentia: ſed ſicut cunctarũ eſſentiarum ſuperexcellẽtiſsima & vniuerſaliſſima & ſufficiẽtiſsima cauſa. Cuius virtus quia ſumme vnita in eſſentia,

ideo

ideo ſumme infinitiſſima & multiplicisſima in efficacia. Rurſus reuertentes dicamus; quia igitur eſſe puriſsimum & abſolutum (quod eſt ſimpliciter eſſe) eſt primariū & nouiſsimum, ideo eſt omnium origo & finis conſummans. Quia ęternum & præſentiſsimū, ideo omnes durationes ambit & intrat, quaſi ſimul exiſtens earū centrum & circunferentia. Quia ſimpliciſsimum & maximum: ideo totū intra omnia: & totū extra omnia ac per hoc eſt ſphera intelligibilis, cuius centrum eſt vbiq; & circumferentia nuſquam. Quia actualiſsimum & immutabiliſsimum: ideo ſtabilis manens, moueri dat vniuerſa. Quia perfectiſsimum & immenſum: ideo eſt intra omnia nō incluſū, extra omnia non excluſum ſupra omnia non elatum, infra omnia non proſtratum. Quia vero eſt ſūme vnū & omnimodū: ideo oīa in omnibus: q̄uis omnia ſint multa & ipſū nō ſit niſi vnū, & hoc qa ꝑ ſimpliciſsimā vnitatē ſereniſſimam

ſimam

ſimam veritatem, ſinceriſsimā bonitatem eſt in eo omnis exemplaritas, & omnis communicabilitas: ac per hoc ex ipſo, & per ipſum, & in ipſo ſunt omnia. Et hoc quia omnipotens, omniſciens & omnimode bonum, quod perfectè videre eſt eſſe beatum: ſicut dictum eſt Moyſi. Ego oſtendam tibi omne bonum.

Exod. 33.

De ſpeculatione beatiſsimę Trinitatis in eius nomine quod eſt Bonum. Cap. 6.

POſt conſiderationem eſſentialem, eleuandus eſt oculus intelligentiæ ad contuitionem beatiſsimę Trinitatis, vt alter cherub iuxta alterum ſtatuatur. Sicut enim viſionis eſſentialium ipſum eſſe eſt principium radicale, & nomē per quod cætera innoteſcunt: ſic contemplationis emanationum ipſum bonum eſt principaliſsimum fundamentū. Vide igitur & attende quoniā optimum quod ſimpliciter eſt, quo nihil

hil melius cogitari poteſt, & hoc ta le ſic eſt, quod non poteſt cogitari non eſſe: quia omnino melius eſt eſſe quàm non eſſe: ſic eſt quòd non poteſt recte cogitari: quin cogitetur trinum & vnum. Nam bonum dicitur diffuſiuum ſui. Summum igi tur bonum: ſumme diffuſiuũ eſt ſui. Summa autẽ diffuſio nõ poteſt eſſe, niſi ſit actualis & intrinſeca: ſubſtantialis & hypoſtatica, naturalis & voluntaria, liberalis & neceſſaria, indeficiens & perfecta. Niſi igitur in ſummo bono eſſentialiter vel æternaliter eſſet productio actualis & conſubſtantialis & hypoſtaticalis æque nobilis: ſicut eſt producens per modum generationis & ſpirationis, ita quod ſit æternalis principij ęternaliter conprincipiantis: ita quòd eſſet dilectus & condilectus, genitus ſcilicet, & ſpiratus hoc eſt Pater. & Filius & Spiritus ſanctus. nequaquam eſſet ſummum bonum: quia non ſumme ſe diffunderet. Nã diffuſio ex tempore in creatura, nõ

eſt niſi centralis vel punctalis reſpectu immenſitatis bonitatis æternæ. Vnde & non poteſt aliqua diffuſio cogitari maior illa videlicet in qua diffundens communicat alteri totam ſubſtantiam & naturam. Non igitur ſummum bonum eſſet ſi re, vel intellectu illam capere poſſet. Si igitur potes mentis oculo contueri puritatem bonitatis, quæ eſt actus purus principij charitatiue diligentis amore gratuito & debito & ex vtroque permixto quæ eſt diffuſio pleniſsima per modum naturæ, & voluntatis, quæ eſt diffuſio per modum verbi, in quo omnia dicũtur, & per modum doni in quo cætera dona donantur: potes videre per ſummam boni communicabilitatem neceſſe eſſe trinitatem Patris, & Filii, & Spiritus ſancti. In quibus neceſſe eſt propter ſummã bonitatem eſſe ſummam communicabilitatem, & ex ſumma communicabilitate ſummam conſubſtantialitatem, & ex ſumma cõſubſtanti-

tialitate ſummam configuralitatē, & ex his ſummam coæqualitatem, ac per hoc ſummam coæternitatē; atque ex omnibus prædictis ſummam cointimitatem, quia vnus eſt in altero neceſſario per ſummam circumince ſſionem, & vnus operatur cum alio per omnimodam indiuiſionem ſubſtantiæ, & virtutis, & operationis ipſius beatiſsimæ Trinitatis. Sed cum hæc contemplaris, vide ne te exiſtimes comprehendere incomprehēſibilem: habes enim adhuc in his ſex conditionibus conſiderare, quod vehementer in ſtuporem admirationis inducat oculum mentis tuæ. Nam ibi eſt ſumma cōmunicabilitas cum perſonarū proprietate, ſumma conſubſtantialitas cū hypoſtaſū pluritate, ſūma configuralitas cū diſcreta perſonalitate, ſūma coæqualitas cū ordine, ſūma coæternitas cū emanatione, cointimitas ſūma cum emiſſione. Quis ad tantorum mirabilium aſpectū non conſurgat in admirationem? Sed

hæc oĩa certiſſimè intelligimus eſſe in beatiſſima Trinitate, ſi leuamus oculos ad ſuperexcellentiſſimam bonitatem. Si enim ibi eſt ſumma communicatio & vera diffuſio: ſi vera eſt ibi origo, & vera diſtinctio. Et quia totum communicatur, non pars: idem ipſum datur quod habetur, & totum. Igitur emanans & producens & diſtinguũtur proprietatibus, ideo habẽt perſonales proprietates, & hypoſtaſum pluralitatem, & originis emanationem, ordinem, non poſterioritatis, ſed originis, & emiſſionem non localis mutationis, ſed gratuitæ inſpirationis, per rationem auctoritatis producentis, quam habet mittens reſpectu miſſi. Quia vero ſunt vnũ ſubſtantialiter ideo oportet quòd ſit vnitas in eſſentia, & forma, & dignitate, & æternitate, & exiſtentia, & incircumſcriptibilitate. Dum ergo hæc per ſe ſingillatim conſideras habes vnde veritatem contempleris. Dum hæc adinuicem confers,

habes

habes vnde in admirationem altiſſimam ſuſpendaris. Et ideo vt mens tua per admirationem in admirabilem aſcendat contemplationem: hæc ſimul ſunt conſideranda. Nam & cherubin hoc deſignant, quæ ſe mutuo aſpiciebant. Nec hoc vocat à myſterio, quòd reſpiciebant ſe verſis vultibus in propitiatorium, vt verificetur illud, quod dicit Dominus in Ioanne. Hæc eſt vita æterna, vt cognoſcant te ſolum verum Deum, & quem miſiſti Ieſum Chriſtum. Nam admirari debemus non ſolum conditiones Dei eſſentiales & perſonales in ſe, verum etiã per comparationem ad ſupermirabilem vnionem Dei, & hominis, in vnitate perſonæ Chriſti. Si enim cherub es eſſentialia Dei contemplando miraris, quia ſimul eſt diuinum eſſe, primum & nouiſſimum, æternum & prę ſentiſſimum, ſimpliciſſimum & maximum ſeu incircũſcriptum, totum vbiq; & nuſquam comprehenſum, actualiſsimum &

Exod. 25.

Ioann. 17.

nunquam motum, perfectiſſimum, & nihil habens ſuperfluum nec diminutum, & tamen immenſum & ſine termino infinitũ, ſumme vnum & tamen omnimodũ, vt omnia in ſe habẽs, vt omnis virtus, vt omnis veritas, vt omne bonũ. Reſpice ad propitiatorium & mirare quod in ipſo principium primum iunctũ eſt cum poſtremo: Deus cum homine ſexto die formato: æternũ iunctum cũ homine temporali, in plenitudine tẽporum de virgine nato, ſimpliciſſimũ cum ſumme cõpoſito, actualiſſimum cũ ſumme paſſo & mortuo, perfectiſsimũ & immenſum cũ modico, ſumme vnum & omnimodum cum indiuiduo compoſito & à cæteris diſtincto, homine ſcilicet Ieſu Chriſto. Si autem alter cherub es perſonarum propria contemplando: & miraris communicabilitatem eſſe cũ proprietate, & conſubſtantialitatem cũ pluralitate, configurabilitatẽ cũ perſonalitate, coæqualitatẽ cum ordine, & æternalitatem

cum

cum productione, cointimitatem cũ emiſsione, quia filius miſſus eſt à patre,& Spiritus ſanctus ab vtroque, qui tamen ſemper eſt cũ eis & nunquam recedit ab eis. Reſpice in propitiatorium: & mirare quia in Chriſto ſtat perſonalis vnio cũ Trinitate ſubſtantiarũ:& naturarũ dualitate, ſtat omnimoda conſenſio cũ pluritate volũtatum, ſtat Dei & hominis cõprædicatio cum pluritate proprietatũ: ſtat coadoratio cũ pluritate nobilitatum, ſtat coexaltatio ſuper omnia cum pluritate dignitatum, ſtat condominatio cum pluritate poteſtatum. In hac autẽ conſideraticne eſt perfectio illuminationis mentis, dũ quaſi in ſexta die videt hominem factũ ad imaginem Dei. Si enim imago Dei eſt ſimilitudo expreſsiua, dũ mẽs noſtra conteplatur in Chriſto filio Dei (qui eſt imago Dei inuiſibilis p naturã) humanitatẽ noſtrã tã mirabiliter exaltatã, tã ineffabiliter vnitã vidẽdo ſimul in vnũ primũ & vltimũ, ſummũ *Gen. 1.*

& imum, circumferentiam & centrum alpha & ω, cauſatum & cauſam, creatorē & creaturam, librum ſcilicet ſcriptum intus & extra, iam peruenit ad quandam rem perfectam: vt cum Deo ad perfectionem ſuarum illuminationum in ſexto gradu quaſi in ſexta die perueniat, nec aliquid iam amplius reſtet, niſi dies requiei in qua per mentis exceſſum requieſcat humanę mentis perſpicacitas ab omni opere, quod patrarat.

De exceſſu mentali & myſtico in quo requies datur intellectui, affectu totaliter in Deum per exceſſum tranſeunte.
Cap. VII.

3. Reg. 11. HIS igitur ſex conſiderationibus excurſis, tanquam ſex gradibus throni veri Salomonis, quibus peruenitur ad pacem, vbi verus pacificas in mente pacifica

tanquam

tanquam in interiori Hieroſolimæ requieſcit, tanquam etiam ſex alis cherub, quibus mens veri contemplatiui plena illuſtratione ſupernæ ſapientiæ valeat ſurſum agi, tanquam etiam ſex diebus primis in quibus mens excitari habet vt tandem perueniat ad ſabbatiſmũ quietis. Poſtquam mens noſtra contuita eſt Deum extra ſe per veſtigia & in veſtigijs; intra ſe per imaginem & in imagine, ſuper ſe per diuinæ lucis ſimilitudinem ſuper nos relucentem & in ipſa luce ſecundum quòd poſſibile eſt ſecũdum ſtatum viæ & exercitium mentis noſtræ, cum tandem in ſexto gradu ad hoc peruenerit, vt ſpeculetur in principio primo & ſummo & mediatore Dei & hominum Ieſu Chriſto, ea quorum ſimilia in creaturis nullatenus reperiri poſſunt, & quæ omnem perſpicacitatem humani intellectus excedũt, reſtat vt hæc ſpeculando tranſcendat & tranſeat non ſolum mundum iſtum ſenſibi-

Eſa. 6.

Gen. 1

lem,

lem, verumetiam ſemetipſam, in
Exod. quo trãſitu Chriſtus eſt via & oſtiũ,
25. Chriſtus eſt ſcala & vehiculum, tã-
1. Cor. quam propitiatorium ſuper arcam
1. Dei collocatum, & ſacramentum à
ſeculo abſconditum. Ad quod pro-
pitiatoriũ qui aſpicit plena conuer
ſione vultus, aſpiciendo eum in cru
ce ſuſpenſum, per fidem, ſpẽ, & cha
ritatem, deuotionem, admirationẽ,
exultationem, apprętiationem, lau
Exod. dẽ, & iubilationem, Paſcha (hoc eſt
13. trãſitum) cũ eo facit, vt per virgam
crucis trãſeat mare rubrũ ab Aegy-
Lu. 23 pto, intrans deſertũ, vbi guſtet man
na abſconditũ, & cũ Chriſto requie
ſcat in tumulo, quaſi exterius mor
tuus, ſentiens tamẽ quantũ poſſibi-
le eſt ſecũdum ſtatum viæ, quod in
cruce dictum eſt latroni cohęrenti
Lu. 23 Chriſto, hodie mecum eris in pa-
radiſo. Quod etiam oſtenſum eſt
beato Franciſco cum in exceſſu cõ-
templationis in monte excelſo (vbi
hæc quæ ſcripta ſunt mente tracta-
ui) apparuit ſeraph ſex alarum in
cruce

cruce confixus: vt ibidē à ſocio eius (qui tunc cum eo fuit) ego & plures alij audiuimus: vbi in Deū tranſiit per contemplationis exceſſum; & poſitus eſt in exemplum perfectæ contemplationis, ſicut prius fuerat actionis tanquam alter Iacob mutatus in Iſrael, vt omnes viros ſpirituales Deus per eum inuitaret ad huiuſmodi tranſitū & mentis exceſſum magis exemplo quàm verbo. In hoc autem tranſitu (ſi ſit perfectus) oportet quod relinquantur omnes intellectuales operationes & apex affectus totus transferatur & transformetur in Deū. Hoc autē & myſticū & ſecretiſsimū quod nemo nouit, niſi qui accipit: nec accipit, niſi qui deſiderat: nec deſiderat, niſi quē ignis Spiritus ſancti medullitus inflāmat quē Chriſtus miſit in terrā. Et ideo dicit Apoſtolus hanc myſticā ſapiētiā eſſe per Spiritū ſā-ctū reuelatā. Quoniā igitur ad hoc nihil pōt natura, modicū poteſt induſtria, parū eſt dandū inquiſitioni, & mul-

Apo. 3 *1. Cor.* 2.

& multũ vnctioni: parum dandum eſt linguæ, & plurimum internæ læticiæ: parum dandum eſt verbo & ſcripto, & totum Dei dono, ſcilicet Spiritui ſancto: parum aut nihil dãdum eſt creaturæ, & totum creatrici eſſentiæ, Patri, & Filio, & Spiritui ſancto, dicat cum Dyoniſio ad Deum trinitatem. Trinitas ſupereſſentialis & ſuper Deus, & ſuper bonus, & ſuperoptime Chriſtianorum inſpector theoſophiæ: dirige nos in myſticorum eloquiorum ſuper incognitum & ſuperlucentem, ſuperſublimiſsimum verticem, vbi noua & abſoluta inconuertibilia & incommutabilia theologiæ myſteria ſecundum ſuperlucentem abſconditum occulte docentis ſilentij caliginem, in obſcuriſſima (quod eſt ſupermanifeſtiſſimum) ſuperſplendentem, & in qua omne relucet, & inuiſibilium ſuper beatorum ſplendoribus ſuperimplentem inuiſibiles intellectus, hoc ad Deum. Ad amicum autem, cui hæc ſcribũtur,

tur, dicatur cum eodem. Tu autem ò amice circa myſticas viſiones corroborato itinere & ſenſus deſere, & intellectuales operationes, & ſenſibilia & inuiſibilia, & omne nō ens & ens, & ad vnitatem, vt poſſibile eſt, inſcius reſtituere ipſius, qui eſt ſuper omnem eſſentiam & ſcientiam: etenim te ipſo & omnibus immenſurabili & abſoluto puræ mentis exceſſu, ad ſupereſſentialem diuinarum tenebrarum radium, omnia deſerens, & ab omnibus abſolutus aſcendēs. Si autem quæris quomodo hæc fiant: interroga gratiam non doctrinam, deſiderium non intellectum, gemitum orationis, non ſtudium lectionis: ſponſum, non magiſtrum: Deum, non hominem: caliginem, non claritatem: non lucem, ſed ignem totaliter inflammantem, & in Deum exceſſiuis vnctionibus & ardentiſſimis affectionibus transferentem. Qui quidem ignis Deus eſt, & huius caminus eſt in Hieruſalem & Chriſtus

homo

EIVSDEM

S. BONAVENTVRAE PARVVM BONVM

Quod aliàs Incendium amoris dicitur uel Regimen conſcientiæ, uel Fons vitæ.

PROLOGVS.

EVIGILANS vero animam meam tanquã frigiditate tenebratam calescere conor, quàm in deuotione deſertam ſcio incendi, & ingenti nimirum deſiderio ſuper terrigenas eleuari. Non enim in ocio aduenit mihi affluentia amoris

ris æterni, neque dum corporaliter fueram nimis aggrauatus, & fatigatus præ itinere ardorem ipſum ſpecialem potui ſentire, aut etiam immoderate occupatus ſolatijs, vel cuidam vltimę diſpoſitioni deditus: immo me in talibus refrigeſcere deprehendi donec iterum poſtpoſitis omnibus quibus exterius poſſem detineri, ſolummodo ſaluatoris aſpectibus aſsiſtere contenderē, in interniſque odoribus immorare. Iſtum ergo librum oſtero intuendū non philoſophis, non mundi ſapientibus, non magnis theologis, infinitus quæſtionibus implicatis, ſed rudibus & indoctis, magus Deum diligere quam multa ſcire conantibus. Non enim diſputando, ſed agēdo ſcietur ars amandi. Arbitror autem ea quæ hic continētur ab iſtis quæſtionarijs, & in omni ſcientia ſummis, ſed in amore Chriſti inferioribus non poſſe intelligi: vnde nec eis ſcribere decreui, niſi poſtpoſitis & oblitis cunctis quæ ad mundum

dum pertinet, ſolis conditoris inardeſcant deſiderijs mancipati. Primo quidem vt omnem terrenã dignitatem fugiant, omnem oſtentationem ſcientiæ & vanam gloriam odiant, ac demum paupertati altiſsimæ ſe conformantes, orando & meditando, diuinæ dilectioni iugiter aſſiſtant. Sic nimirum apparebit eis interius igniculus quidem virtutis increatę, & componens cor eorum ad capiendum calorem quomodo cuncta caligo conſumetur, eleuabit eos in ardorem amabilem & ameniſſimum, vt temporalia trãſcendãt & thronum teneant in termino tranquillitatis. Quo enim ſcientiores ſunt eo aptiores ſunt vel eſſent ad amandum ſi vere ſpernerẽt ſeipſos & ab aliis ſperni gauderent. Proinde quatuor hic vniuerſos excito ad amorem, amoriſque ſuperferuidum ac ſupernaturalem affectum, vtrunque oſtendere conabor. iſtius libri titulus, Incẽdium amoris dicatur.

Q Ecce

ECCE ſcripſi eam tibi tripliciter; Prouerbiorum 22. Cũ omnis ſcientia debeat gerere trinitatis inſigne, præcipue illa ſcientia quæ in ſacra ſcriptura docetur, debet in ſe repręſentare veſtigium trinitatis. Propter hoc ſapiens eam tibi tripliciter deſcripſiſſe dicit propter triplicem ipſius intellectum ſpiritualem, moralem ſcilicet, allegoricum & anagogicum. Hic autem triplex intellectus reſpondet triplici actui hierarchico, ſcilicet purgationi, illuminationi & perfectioni. Purgatio autem ad pacem ducit. Illuminatio ad veritatem. Perfectio ad charitatem. Quibus perfecte adeptis, anima beatificatur, & ſecundũ hoc quod circa hæc verſatur, ſuſcipit meriti incrementum. In horum igitur trium cognitione dependet ſcientia totius theologię, & meritum vitæ æternæ. Sciendum ergo eſt quòd triplex eſt modus exercendi ſe circa hanc triplicem viam.

Legendo Lectio eſt diffuſior.
ſcilicet Meditando Meditatio eſt breuior.
Orando Oratio eſt compendioſior.

Lectio enim huius triplicis viæ totam continet ſacram ſcripturã; immo fere omnem ſanam doctrinã ſicut oſtenſum, eſt ſupra in tractatu de reductione omnium artium ad theologiam. Quidam alius liber habet ſic. Sciendum igitur quod triplex eſt modus exercendi ſe circa hanc triplicem viam, ſcilicet

Meditando,
Orando &
Contemplando.

Primo meditationis formam breuiter libeat intueri. Sciendum ergo quod tria ſunt in nobis, ſecũdum quorum vſum in hac triplici via exercemur, ſcilicet

Stimulus conſcientiæ.
Radius intelligentiæ.
Igniculus ſapientiæ.

Si ergo vis purgari, verte te ad conſcientiæ ſtimulum. Si illuminari, ad intelligentiæ radium. Si perfici, ad ſapientiæ igniculum ſecundum conſilium beati Dioniſij ad Titum, vbi eum hortatur dicens. Verte te inquit ad radium, &c. Ad ſtimulum conſcientiæ debet homo exercere ſeipſum, hoc modo meditando in via purgatiua, ſcilicet vt

Primo ſeipſum exaſperet.
Secundo exacuat.
Tertio dirigat.

Nam
- Exaſperandus eſt recordatione peccati.
- Exacuendus circumſpectione ſui.
- Rectificandus cōſideratione boni.

Peccati autē recordatio dictum eſſe in hunc modum. Vt arguat ſe animus

De
- Multiplici negligentia.
- Multiplici concupiſcentia.
- Multiplici nequitia.

Fere enim omnia peccata & mala

la noſtra, ſiue contracta, ſiue acta, reduci poſſunt ad hæc tria.

Circa negligentiam autem attẽde quod primo debet recogitare homo, ſi in ſe fuerit negligentia, ſcilicet

Cordis cuſtodiendi.

Temporis expendendi.

Finis intendendi.

Hæc enim tria ſunt ab omnibus ſumma cum diligẽtia obſeruanda, ſcilicet

Vt cor bene cuſtodiatur.

Vt tempus vtiliter expendatur.

Vt finis debitus in omni operæ præſigatur.

Secundo debet homo cogitare ſi negligens fuerit

In oratione.

In lectione.

Et in boni operis executione.

In his tribus debet vnuſquiſque diligenter ac ſollicite ſe exercere & excolere, vt poſſit fructũ bonum dare in tempore ſuo, eo quod vnum horũ ſine altero nequaquã ſufficiat.

Tertio debet cogitare ſollicite ſi negligens fuerit.

Ad pœnitendum.

Ad reſiſtendum.

Ad perficiendum.

Debet enim vnuſquiſque cũ ſumma diligentia.

Deflere culpam commiſſam.
Repellere tentationem diabolicam.

Proficere de vna virtute in aliã, vt ſic poſſit perũenire ad terram promiſſam.

Circa concupiſcentiam autem debet cogitare homo ſi in eo viuat.

Concupiſcentia voluptatis,

Concupiſcentia curioſitatis,

Concupiſcentia vanitatis. Quæ ſunt radices totius mali.

Primo igitur recogitanda eſt cõcupiſcentia voluntatis, quæ tunc in homine viuit ſi fuerit in eo ſcilicet

Appetitus
- Dulcium
- Mollium
- Carnalium

Hoc

Hoc eſt ſi homo quærat { Cibaria ſaporoſa. Veſtimenta delitioſa. Oblectamenta luxurioſa.

Quæ omnia non ſolum reprehẽſibile eſt appetere cum conſenſu, ſed etiam debet homo reſpuere primo motu.

Secundo recogitanda eſt concupiſcentia curioſitatis ſi viuat vel vixerit in homine.

Hoc autem deprehenditur.

Cũ quis appetit { Scire occulta. Videre pulchra. Habere chara.

In omnibus his eſt vitium auaritiæ & curioſitatis. Multum reprehenſibile eſt hoc in homine.

Tertio recogitanda eſt concupiſcentia vanitatis, quæ tunc viuit in homine, ſi in eo fuerit

Appetitus { Fauoris. Laudis. Honoris.

Quæ omnia vana ſunt, & hominem vanū reddunt, & ita fugienda ſunt ſicut concupiſcentia mulierū. Et de omni tali debet conſcientia arguere cor humanum.

Circa nequitiam autem debet cogitare homo ſi in ſe vigeat vel aliquando viguerit.

Iracundia.

Inuidia.

Accidia. Quæ faciunt hominem nequam.

Primo cogitanda eſt iracundiæ nequitia, quæ conſiſtit.

In	Animo Signo Verbo
vel in	Corde Facie Clamore
vel in	Affectu Affatu Effectu.

Secundo recogitanda eſt nequitia inuidiæ

Quæ

Quæ in aliena { Proſperitate tabeſcit. Aduerſitate hilareſcit. Mendicitate refrigeſcit.

Tertio recogitanda eſt nequitia accidiæ, ex qua oriuntur, ſcilicet

{ Suſpitiones male.
Cogitationes blaſphemæ.
Detractiones malignæ.

Omnis enim talis nequitia admodum deteſtanda eſt. Ex hac trifaria recordatione triplicata, debet exaſperari ſtimulus conſcientiæ, & amaricari anima, vt poſſit homo conſequi ſalutem.

Viſo qualiter exaſperari debeat ſtimulus conſcientię in recordatione peccati; videndum eſt qualiter ſit exacuendus ſtimulus in circumſpectione ſui.

Tria autem debet homo circa ſe circumſpicere, ſcilicet

Diem mortis imminentem.
Sanguinem Chriſti recentem.

Faciem

Faciem iudicis præſentem.

In his tribus acuitur ſtimulus cōſcientiæ contra omne malum.

Primo namque acuitur dum conſiderat homo diem mortis

Quia eſt {
Indeterminabilis.
Ineuitabilis.
Irreuocabilis.

Quem ſi diligenter inſpiciat, diligentiſſime laborabit, vt dum tempus habet purgetur

ab omni {
Negligentia.
Concupiſcentia.
Nequitia.

Quis enim moraretur in culpa, qui non eſt certus de die craſtina.

Secundo acuitur dum conſiderat homo ſanguinem Chriſti effuſum

Pro {
Humano corde excitādo
Eodem abluendo
Ipſo mollificando.

Vel effuſum pro humana immunditia mundificanda, pro humana morte viuificanda, & pro humana ariditate fœcunda. Quis enim tam hebes vt permittat in ſe regnare cul-

pam negligentiæ; concupiſcentiæ, vel nequitiæ, quæ cogitat ſe perfuſum illo prætioſo ſanguine.

Tertio acuitur dum conſiderat homo faciem iudicis

Quæ eſt { Infallibilis. / Inflexibilis. / Infugibilis. }

Nullus enim poteſt aliquo modo

{ Fallere eius ſapientiam. / Flectere iuſtitiam. / Effugere vindictam. }

Quia ergo nullum bonum irremuneratum, nullum malum impunitum, quis non acuetur ex hac conſideratione contra omne malum.

Poſt hæc videndum eſt quomodo ſtimulus conſcientiæ ſit rectificandus in conſideratione boni. Tria autem ſunt bona meditanda, in quorum acquiſitione rectificatur ſtimulus conſcientiæ, ſcilicet

Strenuitas contra negligentiam,
Seueritas cõtra concupiſcentiã,
Benignitas contra nequitiam.

His enim tribus habitis, ſit con-

ſcientia

ſciētia bona,munda& recta.Et hoc eſt quod dicitur Mich. 6. Indicabo tibi homo quid ſit bonum, & quid Dominus requirat á te. Vtiq; facere iudicium & diligere miſericordiam,& ſollicitum ambulare cū Deo tuo. In quibus verbis tanguntur illa tria prædicta. Similiter & Dñs hæc eadem tangit in Luca dicens Sint lūbi veſtri præcincti,&c.

Primo igitur inchoandum eſt à ſtrenuitate, quæ viam præbet alijs. Licet autem eā ſic deſcribere. Strenuitas eſt quædam vigor animi excutiens omnem negligentiam, & diſponens animam ad faciendum bona opera, ſcilicet

Vigilanter.
Confidenter.
Eleganter.

Hæc eſt quæ viam præbet ad omnia bona ſequentia.

Secundo ſequitur ſeueritas, quæ eſt quidam vigor animi reſtringēs omnem concupiſcentiam, & habilitans animam, ac feruentem reddens

dens eam amorem, ſcilicet

Aſperitatis,
Paupertatis,
Vtilitatis.

Tertio ſequitur benignitas, quæ eſt quidam dulcor animæ, excludens omnem nequitiam, & habilitans animam

Ad { Beniuolentiam.
Tolerantiam.
Internam lætitiam. }

Et hic eſt terminus purgationis ſecundum viam meditationis. Nam omnis conſcientia munda læta eſt & iucunda. Qui igitur vult purgari, vertat ſe modo prædicto ad ſtimulum conſcientiæ. In prædicta tamen exercitatione à quolibet præmiſſorũ poteſt inchoari noſtra meditatio. Tranſeundum eſt etiam ab vno in aliud, & tandiu immorandũ, quouſque tranquillitas & ſerenitas acquiratur, & percipiatur, ex qua oritur ſpiritualis iocunditas. Qua adepta promptus eſt animus vt ſurſum tendat. Incipit ergo via iſta

à ſti-

à ſtimulo conſcientiæ, & terminatur in affectum ſpirituale lætitiæ, exercetur in dolore, & conſummatur in amore.

DE VIA ILLVminatiua.

SEcundo loco poſt viam purgatiuam ſequitur illuminatiua. In qua ſe dicitur homo exercere ad radium intelligentiæ, hoc ordine. Nam radius intelligentiæ

Eſt {
- Primo protēdendus ad mala dimiſſa.
- Secundo dilatandus ad beneficia commiſſa.
- Tertio reflectendus ad præmia promiſſa.

}

Protēditur autem radius intelligētiæ ad mala dimiſſa, dum ſollicite penſantur mala quæ dominus indulſit, quę tot sũt quot sũt peccata quæ commiſimus, & tam magna quantis eramus malis aſtricti, &

quantis bonis priuati. Et hæc meditatio ſatis patet ex præcedenti. Nec hoc ſolum attendendum eſt quanta mala commiſimus, ſed etiã conſiderandum eſt in quanta mala incidiſſemus ſi Dominus permiſiſſet. Et cum hæc diligenter penſantur, per radium intelligentiæ tenebræ noſtræ illuminantur. Et talis illuminatio coniuncta debet eſſe gratitudini affectionis, alioquin nõ eſt illuminatio cæleſtis ad cuius ſplendorem videmus ſequi calorem. Vnde gratiæ hic agendæ ſunt pro dimiſſione malorum commiſſorũ, vel poſſibilium committi

Infirmitate,
Neceſsitate,
Voluntatis peruerſitate.

Secundo videndum eſt qualiter iſte radius intelligentiæ dilatetur in conſideratione beneficiorum cõmiſſorum quæ quidem ſunt in triplici genere. Quædam enim

ſpectant ad { Complementũ naturæ, Adiutorum gratiæ, Donum ſuperabundantiæ.

Ad complementum naturæ ſpectat quod dedit Deus ex parte corporis, ſcilicet

Membrorum integritatem,
Complexionis ſanitatem,
Sexus nobilitatem.

Ex parte ſenſus dedit. { Viſum perſpicuũ Auditum acutum Sermonem diſcretum.

Ex parte animæ dedit. { Ingenium clarum. Iudicium rectum. Animum bonum.

Ad adiutorium autem gratiæ ſpectat primo quod dedit gratiam baptiſmalem,

Qua { Deletur culpa. Reſtituitur innocentia. Confertur iuſtitia

Et per hoc dignum facit vita æterna.

Secundo

Secundo quod dedit gratiam pœnitentialem.

quantũ ad { Animi voluntatem. Temporis opportunitatem. Religionis ſublimitatem.

Tertio quod dedit gratiam ſacerdotalem, per quam fecit

Diſpenſatores doctrinæ,
Diſpenſatores indulgentiæ,
Diſpenſatores euchariſtiæ.

In quibus omnibus ſecundum plus & minus diſpenſantur verba vitæ.

Ad bonum autem ſuperabundantię ſpectat quod primo dedit totum mundum, ſcilicet

Inferiora ad obſequium,
Paria ad meritum,
Superiora ad patrocinium.

Secundo dedit filium ſuum

Et hoc { Infratrem & amicum. In noſtrum prætium. In cibum quotidianum.

Primum in incarnatione,
Secundum in paſſione,

Tertium in altaris conſecratione.

Tertio dedit ſpiritum ſanctum

Et hoc {
- In ſignaculum acceptationis.
- In priuilegium adoptionis.
- In annulum deſpõſationis.

Et per hoc fecit animam chriſtianam

Vere {
- Suam amicam.
- Suam filiam.
- Suam ſponſam.

Hæc omnia ſunt mira & ineffabilia, & in in eorum meditatione ad modum ſponſæ anima debet eſſe Deo grata.

Tertio circa viã illuminatiuam videndum eſt qualiter iſte radius intelligentiæ per meditationem eſt reflectendus: vt ad fontem totius boni reflectatur, recogitando præmia promiſſa. Conſiderandum eſt ergo ſollicite, & frequenter penſandum: quod Deus qui non mentitur: credenti-

dẽtibus diligentibus ſe promiſit veraciter

Amotionem omnium malorum,
Aſſociationem omnium ſanctorum,
Impletionem omniũ deſideriorum in ſeipſo,

Qui origo eſt & finis omnium bonorum, qui eſt tantum bonum quod

Excedit { Omnem petitionem, Omnem deſiderij dilationem, Omnem æſtimationẽ.

Et nos tanto bono dignos reputat, ſi diligimus & appetimus eum ſuper omnia, & propter ſe. Et ideo cum omni deſiderio & affectu ac beneuolentia debemus in ipſum tendere.

DE VIA VNITIVA & perfectiua.

POſtremo ſequitur, qualiter nos exercere debemus ad igniculum

lum ſapientiæ. Hoc autem facien-dum eſt hoc ordine: Quia iſte igni-culus ſapientiæ, ſolicite ac diligen-ter.

Eſt { Primo congregandus,
Secundo inflammandus,
Tertio ſubleuandus. }

Congregatur autem, per reductionē affectionis ab omni amore creaturæ, ad cuius amorē reuocari debet affectio, quoniam amor creaturæ non proficit, & ſi proficit non reficit, & ſi reficit, non ſufficit. Ideo omnis amor talis ab affectu debet omnino elongari. Secundo inflammandus eſt igniculus iſte, & hoc ex conuerſione affectionis ſuper amorem ſponſi. Et hoc quidem fit, vel comparando ipſum amorem ad ſeipſum, vel ad effectū ſupernorum ciuium, vel ad ipſum ſponſum. Tunc autem hoc fit quando attendit, quòd per hunc amorem poteſt in nobis ſuppleri omnis indigentia, & quod per amorem eſt in beatis omnis boni abundantia,

& quod per amorē habetur ipſius ſummi deſiderabilis prẹſentia. Hæc enim ſunt, quæ affectū inflammant. Tertio ſubleuādus eſt igniculus iſte, & hoc ſupra omne ſenſibile, imaginabile, & intelligibile, hoc ordine, vt homo immediate de ipſo quem perfecte optat diligere.

Primo meditando diſcat, quod ille quem diligit

Non eſt { Viſibilis. Audibilis. Odorabilis. Guſtabilis. Tāgibilis. Senſibilis. } Immo tot' deſiderabilis

Secundo cogitet quod ille quem diligendo quærit

Non eſt { Terminabilis. Figurabilis. Numerabilis. Circunſcriptibilis. Commutabilis. Imaginalibis. } Sed totus deſiderabilis.

Lectio cogitet quod ille quem diligit

Non eſt	Demonſtrabilis.	Sed totus deſiderabilis
	Diffinibilis.	
	Opinabilis.	
	Eſtimabilis.	
	Inueſtigabilis	
	Intelligibilis.	

Ex his autem liquide patet, qualiter ad ſapientiam ſacræ ſcripturæ perueniri poteſt, meditando ſcilicet

Circa viam	Purgatiuam,
	Illuminatiuam,
	Perfectiuam.

Et non ſolum ſacræ ſcripturæ continentia, immo omnis meditatio noſtra debet verſari circa iſta. Nã omnis meditatio ſapientis, aut eſt circa opera humana, cogitando ſcilicet quanta Deus homini commiſerit, quòd omnia fecit propter hominem, quanta dimiſerit, & quanta repromiſerit, & in hoc clauduntur opera creatio-

nis, reparationis, & glorificationis. Aut circa vtrorumq; principia, quę ſcilicet ſunt Deus & anima, qualiter hæc ad inuicem ſunt copulanda. Et in hoc debet ſtare omnis meditatio noſtra quia eſt finis omnis cognitionis, & operationis, & ſapiētia vera, in qua eſt cognitio per veram experientiam. In huiuſmodi autem meditatione, tota anima noſtra debet eſſe intenta, ſecundum vires, ſcilicet ſecundum rationem, & ſyndereſim, conſcientiam & voluntatem. Nam in huiuſmodi meditatione, ratio percunctando affert propoſitionem, ſyndereſis ſententiando profert diffinitionem, conſcientia teſtificando infert concluſionem, & voluntas præeligendo defert ſolutionem. Verbi gratia. Si quis velit meditari circa viam purgatiuam, debet ratio quærere, quid debeat fieri de homine, qui templum Dei violauit: Synderęſis reſpōdet, quòd aut debet diſperdi, aut lamentis pœnitentiæ purgari: Con-

ſcientia aſſumit. Tu es ille, ergo vel oportet te damnari, aut ſtimulis pœnitentiæ affligi. Deinde voluntas præeligit ſcilicet quòd recuſat damnationem æternam, & aſſumit voluntariè pœnitentiæ lamenta.

Iuxta hunc modum in vijs alijs incedendum eſt.

SEQVITVR DE ORAtione quomodo per eam ueniatur ad ſapientiam ſacræ ſcripturæ.

POſtquàm diximus qualiter ad ſapientiam veram peruenitur legendo & meditando; videndum eſt nunc qualiter ad ipſam peruenitur orando. Sciendum autem eſt, quod in oratione ſunt tres gradus, ſiue partes ipſam perficientes

Quorum:
- Primus eſt deploratio miſeriæ.
- Secundus imploratio miſericordiæ.
- Tertius exhibitio latriæ.

Latriæ autem cultum Deo exhibere non poſſumus niſi ab eo gratiã conſequamur. Miſericordiam vero Dei ad dandam gratiam non poſſumus inflectere niſi per deplorationem & expoſitionem noſtræ miſeriæ & indigentiæ. Nam omnis perfecta oratio debet habere iſtas tres partes. Non enim ſufficit vna ſine altera, nec producit ad metam perfectam, & ideo hæc tria ſunt ſemper iungenda.

Deploratio autem miſeriæ circa quamcunque miſeriam fit. ſiue pro perpretatione culpæ, ſiue pro amiſſione gratiæ, ſiue pro dilatatione gloriæ, hæc tria debet habere ſcilicet,

Dolorem,
Pudorem, &
Timorem.

Dolorem propter damnum ſiue incommodum. Pudorem propter opprobrium ſiue inhoneſtum. Timorem propter periculum ſiue reatum. Ex memoria enim præterito-

rum oritur dolor, dum recordatur. Quid omiſit, quia præcepta iuſtitiæ Quid commiſit, quia prohibita culpæ. Quid amiſit, quia gratuita vitę. Ex intelligentia prę́ſentium oritur pudor, dum attendit. Vbi ſit, quia longe in imo quæ fuerat prope in ſummo. Qualis ſit, quia fœda in luto quæ fuerat pulchra imago. Quæ ſit, quia ancilla quæ fuerat libera. Ex prouidentia futurorum oritur timor, dum præcogitat, Quo tẽdat, quia ad inferos properat greſſus eius. Quid occurrat, quia iudicium ineuitabile, iuſtum tamen. Quid aſſequatur, quia ſtipendium mortis æternæ. Imploratio autem miſericordiæ circa quamcumque gratiã inuocetur, debet eſſe.

Cum affluentia deſiderij, quod habemus à ſpiritu ſancto, qui poſtulat pro nobis gemitibus inerrabilibus,

Cum fiducia ſpei quã habemus à Chriſto, quia mortuus eſt pro nobis omnibus,

Cum

Cum diligentia implorandi ſubſidij, quod quærimus à ſanctis omnibus.

Quando enim hęc tria concurrunt, tunc imploratur efficaciter diuina miſericordia.

Affluentiã deſiderij habemus à Spiritu ſancto

Quia {
Per ipſum ſumus à Patre in Filio prædeſtinati æternaliter.
Per ipſum renati in baptiſmo ſpiritualiter.
Per ipſum congregati in eccleſia vnanimiter.
}

Cõfidentiam ſpei habemus à Chriſto Domino

Qui pro nobis {
Obtulit ſe in cruce in terra.
Offertur à matre in eccleſia in ſacramento altaris in ſui memoriam.
Apparet vultui patris in celo in gloria.
}

Diligentiam implorandi ſubſidij à ſancto-

bernaculi admirabilis vſque ad domum Dei, vbi in voce exultationis eſt ſonus epulantis.

Vt autem incurueris ad reuerentiam admirare immenſitatem diuinam, & intuere medicitatem tuam.

Vt dilateris ad beneuolentiam attende benignitatem diuinam, &vide indignitatem tuã.

Vt eleueris ad complacentiam recogita charitatem diuinam, & cõſidera tepiditatem tuam, vt ex huius collatione peruenias in exceſſum mentis.

Sciendum autem quod reuerẽtiam debemus exhibere Deo tripliciter Primo tanquam Patri.

A quo ſumus { Formati. Reformati. Educati.

Secundo tanquam Domino à quo. { Eruti de ore inimici; Redempti de carcere inferni. Conducti in vineã Dñi ꝑ munere paradiſi.

Tertio

Tertio debemus exhibere Deo reuerentiam tanquam iudici.

Coram quo
- Accuſati, Accuſat enim clamor cõſcientiæ.
- Conuicti, Conuincit enim euidentia vitæ.
- Confeſsi, Confitetur enim aſpectus diuinæ ſapientiæ, vnde cõtra nos de iure debeat ſententia proferri.

Et prima quidem reuerentia debet eſſe magna, ſecunda maior, tertia maxima.

Vnde
- Prima eſt ad modum inclinationis.
- Secunda ad modum genu flexionis.
- Tertia ad modum proſtrationis.

prima

In { Prima nos ſubijcimus.
Secunda nos deijcimus.
Tertia nos abijcimus. }

In { Prima reputamus nos paruos.
Secunda minimos.
Tertia vero nullos. }

Beneuolentiam autem debemus ſimili modo Deo tripliciter exhibere: ſcilicet magnam, maiorem, maximam.

Magnam conſideratione infirmitatis noſtræ.
Maiorem conſideratione immenſitatis miſericordiæ ſuæ.

vel Magnam pro commiſſis.
Maiorem pro dimiſſis.
Maximam pro promiſſis.

vel Magnam pro complementis naturæ.
Maiorem pro indumẽtis gratiæ.
Maximam pro donis ſupererogantiæ.

In { Prima cor extenditur. Secunda aperitur. Cant. 5. Aperi mihi ſoror mea. Tertia effunditur. Tren. 2. Effunde ſuper aquā cor cor tuum ante conſpectum Domini.

Complacentiā autem triplici modo debemus Deo exhibere toto corde.

Primo vt ſic coaptetur complacētia noſtra ad Deum, vt vnicuiq; placeat, quod ſolus Deus placeat ſibi.

Secundo vt ei hoc placeat, quod ipſe placeat ſoli Deo.

Tertio vt ei hoc placeat, quòd in hac complacentia cæteri communicent.

In { Prima eſt magna. Secunda maior. Tertia maxima.

In { Prima eſt amor gratuitus. Secunda eſt amor debitus. Tertia eſt amor ex vtroque permixtus.

In { Prima crucifigitur mundus homini.
Secunda crucifigitur homo mundo.
Tertia crucifigitur homo pro mundo. }

Vt pro omnibus velit homo mori, vt & ipſi placeant Deo. Et hic eſt gradus, & ſtatus perfectæ charitatis, ante cuius aſſecutionem nemo debet ſe æſtimare perfectum. Tunc autem hanc perfectionem homo aſſequitur quando cor ſuum inuenit non ſolum voluntarium, ſed etiam auidiſſimum ad moriendum pro ſalute proximorum ſecundum, quod Apoſtolus dicebat. 2. Cor. 12. Libentiſſime impendar, & ſuperimpendar ego ipſe pro animabus veſtris. Ad hanc perfectam dilectionem proximi non peruenitur niſi prius perueniatur ad perfectam dilectionē Dei, propter quem diligitur proximus, qui non eſt diligendus niſi propter Deum. Et propterea ad intelligendam perfectionem

in dilectione Dei, ſciendū eſt quòd ſex ſunt gradus quibus paulatim & & ordinate proceditur, vt ad perfectionem perueniatur,

Quorum { Primus eſt ſuauitas.
Secundus auiditas.
Tertius ſaturitas.
Quartus ebrietas.
Quintus ſecuritas.
Sextus tranquillitas.

Primus itaque gradus eſt ſuauitas, vt homo addiſcat guſtare quā ſuauis eſt Dominus. Et hoc quidem fit vacando, & ſabbatizādo ei per ſanctas meditationes, ſecundum quod dicitur in Pſalm. Reliquiæ cogitationis diem feſtū agent tibi. Quod quidem fit, quando meditationes circa amorem Dei, ſuauitatem pariunt in corde.

Secundus gradus eſt auiditas, quando ſcilicet anima aſſueſieri cœperit circa illam ſuauitatem: & naſcitur in ea tanta eſuries, vt nihil eam poſſit reficere, niſi eum quem amat poſſederit perfectè. Quod

quia

quia non poteſt in præſenti attinge re, quia adhuc longe eſt, continuè excedit & egreditur extra per amorem extaticum, clamans & dicens illud beati Iob. Suſpendium elegit anima mea, & mortem oſſa mea. Et illud Pſal. Quemadmodum deſiderat ceruus ad fontes aquarum, ita deſiderat anima mea ad te De⁹.

Tertius gradus eſt ſaturitas, quę oritur ex ipſa auiditate. Qui enim vehementiſſime Deum deſiderat, & ſurſum fertur, iam omne quod deorſum videt, vertitur ei in faſtidium. Vnde quaſi ſaturatus, non poteſt refectionem inuenire in aliquo, citra ipſum dilectum. Et ſicut ſaturatus ſi cibum ſumat, incurrit potius abominationem quam refectionem, ſic in hoc gradu charitas facit circa omne creatum: vnde dicit ſapiens. Anima ſaturata calcabit fauum.

Quartus gradus eſt ebrietas, quæ oritur ex ſaturitate. Ebrietas autem in hoc conſiſtit, quòd quis tan-

to amore diligat Deum,vt iam non ſolum faſtidiet ſolatium terrenum, ſed etiam delectetur & quærat tormentum pro ſolatio: & amor illius quem diligit, delectetur in pœnis, opprobrijs, & flagellis cum Apoſtolo. Vnde ſicut ebrius ſeipſum denudat ſine pudore,&ſuſtinet plagas ſine dolore: ſic in iſto intelligendum eſt. Vnde Actor. 5. Ibant Apoſtoli gaudẽtes à conſpectu concilij, quoniam digni habiti ſunt pro nomine Ieſu contumeliam pati.

Quintus gradus eſt ſecuritas, quæ oritur ex ebrietate. Ex hoc enim quòd anima ſentit ſe tantum amare Deum quod libenter ſuſtinet propter ipſum omne damnum &omne opprobrium, iam foras mittitur timor, & tantam concipit anima ſpem de adiutorio Dei, vt nullo modo exiſtimet ſe poſſe ſeparari ab eo. In hoc gradu erat Apoſtolus cum dicebat. Quis nos ſeparabit à charitate Chriſti, &c. Certus ſum enim, quia neque mors neque

vita, &c. poterit nos ſeparare à charitate Dei, quæ eſt in Chriſto Ieſu Domino noſtro. Rom. 8.

Sextus gradus eſt vera & plena tranquillitas per quam eſt tanta pax & requies in anima, vt quodãmodo ſit in ſilentio & ſomno & velut in arca Noe collocata, vt nullo modo perturbetur. Quis enim poteſt inquietare mentem quam nullus cupiditatis ſtimulus inquietat, nullus timoris aculeus agitat. In iſta mẽte pax eſt, & ſtatus vltimus, & quies & ibi requieſcit verus Salomon, quoniam in pace factus eſt locus eius. Et ideo valde conueniẽter iſti gradus ſignificantur per illos ſex gradus quibus aſcendebatur ad thronum Salomonis. 3. Reg. 10. & 11. Paralipo. 9. Et propter hoc dicitur. Cantic. 3. Aſcenſum purpureum media charitate conſtrauit. Quia impoſſibile eſt ad iſtam tranquillitatẽ pertingere niſi per charitatem. Hac autem acquiſita, facillimum eſt homini fa-

cere omne quod eſt perfectionis, ſiue agere ſiue pati, ſiue viuere ſiue mori. Studendum eſt igitur ad perfectum charitatis, cum profectus eius inducat perfectionem omnis boni & complementum. Vt igitur ſint ad manum prædictæ differentiæ nota quod qui ad hanc perfectionem vult proficere, debet per meditationem ſtimulum conſcientiæ; primo

Exaſperare.
Exacuere.
Rectificare.

Et ſic ad radium intelligentiæ tranſire

Ipſum { Protendendo. / Dilatando. / Reflectendo. }

Et ſic ad igniculum ſapientiæ tranſire

Ipſum { Congregando. / Inflammando. / Subleuando. }

Et ſic per orationem primo debet deplorare miſeriam ſuam.

Cum

Cum { Dolore propter damnum.
pudore propter opprobriũ.
Timore propter periculũ. }

Secundó debet implorare diuinam miſericordiam.

Cum { Vehementia deſiderij per Spiritum ſanctum.
Fiducia ſpei per Chriſtum crucifixum.
Aſſiſtentia patrocinij per ſanctorum ſuffragium. }

Tertio debet exhibere latriam, exhibendo.

Deo { Reuerentiam,
Beneuolentiam,
Complacentiam. }

Vt primo ex parte Dei procedat admiratio diuina, quaſi maior propoſitio. Secundo ex parte noſtra ſequatur conſideratio quaſi aſſumptio. Tertio fiat latriæ plena exhibitio, quaſi concluſio.

Qui autem excitauerit ſe continue & intente, proficiet in charitate ſecundum ſex gradus prædictos, quibus peruenitur ad perfectionem

tranquillitatis, vbi eſt multitudo pacis, & quaſi quidam finis quietis noſtræ quam Dominus reliquit Apoſtolis. Vnde nota quod Apoſtolus in qualibet ſalutatione optabat gratiam & pacem, gratiam tanquam primordialem, pacem ſicut complementum. Ad Thimotheum autem interponit miſericordiam quæ eſt vtriuſque principium.

Nota quod in miſſa cogitandum eſt de negligentia circa corpus Chriſti.

Nota de Sacramento, quod Dominus propter nos ſemper totus ibi eſt, & nos raro vel nunquam ibi toti ſumus propter eum.

Item quod ibi eſt precium redẽptionis noſtræ, & non liberamur, & hoc reſtat per nos. Item quod vere eſt Deus & non videmus eum, ad quem vidẽdum creati ſumus. Item quod ibi eſt paratior ad liberãdum nos, quam nos à miſeria liberari. Item quod ipſe ad ſalutem noſtram inſtituit hoc ſacramentum, & tam

ſtudioſe. Nos vero tepidi, immo toti frigidi hoc conſecramus. Item quod ipſe ibi eſt cum angelorum frequentia nos cum magna cordis irreuerentia. Item quod ipſe ibi ardés eſt pro noſtra dilectione, nos ibi remiſſi in gratiarum actione. Item quod ipſe eſt ibi cibus angelorum ad noſtram refectionem, & nos non guſtamus eum propter noſtram corruptionem. Item quod quicquid diſpergimus per culpam, ipſe ibi congregat per gratiam, nec tamen grati ſumus. Item quod ipſe ſe ibi offert prætium redemptionis noſtræ ſine tędio, nec tamen liberamur omnino.

Vis ergo ſcire quæ & quãta & q̃bus debeas. Primo debes ꝓ Chriſto omnem vitam tuam ponere, quia ipſe ſuam poſuit pro tua, & cruciatus diros ſuſtinuit, ne tu perpetuos ſuſtineres. Sed confer præmia omnis vitæ filiorum Adam, & omnes dies ſæculi, & labores omnium hominum qui fuerunt, ſunt, & erunt, nihil

hil erunt ad comparationem illius corporis, quod ſpectabile & etiam ſtupendum eſt virtutibus ſupernis, in conceptu de ſpiritu ſancto, in ortu de Virgine, in vitæ innocentia, in doctrinæ affluentia, in coruſcationibus miraculorum, in reuelationibus ſacramentorum. Sicut igitur exaltantur cæli à terra, ſic exaltata eſt vita illius à vita hominum, quæ tamen poſita eſt pro vita noſtra. Sicut enim nihil ad aliquid nullam habet comparationem, ita vita noſtra ad vitæ illius proportionem Cum illa nulla dignior ſit, noſtra nulla miſerior poteſt eſſe. Cum ergo ei me deuouero, quid quæſo sũ. Nonne ſicut ſtella ad ſolem, gutta ad fluuium lapis ad montem.

Sed non huic ſoli debitor ſum; cui nihil retribuere poſſum. Exigũt à me præterita peccata mea futuram vitam meam, vt faciam dignos fructus pœnitentiæ, & recogitem omnes annos meos in amaritudine animæ meæ. Sed ad hoc

quis

quis idoneus Peccaui ſuper humerum arenę maris,& multa ſunt peccata mea, & non ſum dignus aſpicere cœlũ,&c. Quomodo ſufficiã cũ cogar reddere debitum vſque ad nouiſſimum quadrantem. Sed & delicta quis intelligit. Quantum pœniteam, quantumlibet me affligam,& macerem,propter nomen tuum non propter pœnitentiæ meritum propitiaberis domine peccato meo,ait iuſtus,multum eſt enim. Cum igitur quicquid vis, quicquid ſapis, quicquid habes,quicquid potes huic vni rei dedicaueris, nunquid aliquid eſt,vel in aliquid computandum eſt.

Sed & tertium debitorem oſtendam tibi, qui non minus acriter quam veraciter ſibi vendicat vitam tuã. Puto enim quod poſſidere deſideras gloriam illam,quam nec oculus vidit,nec auris audiuit,&c. regnum omnium ſæculorum, viuere in æternum,in perpetuas æternitates. Credo quod velis æqualis eſſe

angelis Dei, & in plateis ſupernæ Hieruſalem melos Angelorum audire, & videre quicquid eſt illud vel erit quando Deus erit omnia in omnibus. Nonne ad hoc totum te, & quantumcumque vndique trahere poteris, dare oportebit. Et cum omnia impleueris, non tamen credas condignas eſſe paſſiones huius temporis, vel corporis ad futuram gloriam quæ reuelabitur in nobis.

Quid dices, etſi quartum debitorem adduxero in medium qui ſibi iure primatus, tres ſuperiores excedere velit. Ecce in ianuis eſt qui fecit cælum & terrã. Creator tuus tu creatura, Tu ſeruus, ille Dominus. Ille figulus, tu figmentum. Totum ergo quod es illi debes, à quo totum habes. Illi præcipue Domino qui fecit te & bene fecit tibi qui & tibi miniſtrat ſyderum curſus, aeris temperiem, iucunditatem terræ, fructuum vbertatem, huic reuera totis medullis, totis viſceri-

bus ſeruiendum eſt, ne forte indi-dignationis oculo te reſpiciat ac deſpiciat, & cōterat te in æternum. Expone igitur mihi cui horū quattuor proponis reddere quod debes, cum vnuſquiſque tam interius quā exterius exactor ſit, vt te ſingulariter poſſideat.

Eya Domine, vim patior, reſpon de pro me, quia horum quattuor quælibet de iure me tenere poteſt. & ſuffocare. In manus tuas commendo ſpiritum meum, tu perſolue omnibus, tu ab omnibus me libera, quia tu es Deus & nō homo, & quod apud homines impoſſibile eſt, poſſibile eſt tibi Domine Deus noſter.

Sequitur de contemplatione, quomodo per eam perueniendum ſit ad ſapientiam ſacræ ſcripturæ.

POſtquam autem diximus qualiter ad ſapientiam nos exercere debeamus per meditationem & orationem, nunc breuiter tangamus

mus, qualiter contemplando ad veram ſapientiam peruenitur. Per contemplationem namque tranſit mens noſtra ad ſupernam Hieruſalem, ad cuius inſtar eccleſia eſt formata, ſecundum illud Exo. 25. Inſpice & fac ſecundum exemplar quod tibi monſtratum eſt in mõte: neceſſe eſt enim Eccleſiam militantem conformari triumphãti, & merita præmijs, & viatores beatis ſecundum quod poſſibile eſt. In gloria autem triplex eſt dos, in qua conſiſtit perfectio præmij, ſcilicet

Summæ pacis tentio.
Summæ veritatis viſio.
Summæ charitatis fruitio.

Et ſecundum hoc diſtinguitur triplex ordo in ſuprema hierarchia cæleſti, ſcilicet thronorum, cherubin & ſeraphin. Neceſſe eſt igitur vt qui vult ad illam beatitudinem per merita peruenire, iſtorũ trium ſimilitudinem secũdum ꝙ poſſibile eſt in via ſibi comparet, ſcilicet

Soporem pacis,
Vt habeat Splendorem veritatis,
Dulcorem charitatis.
In his enim tribus requieſcit Deus, & habitat tanquam in ſolio proprio. Neceſſe eſt igitur vnumquodque trium prædictorum per tres gradus aſcendendi diſtinguere ſecundum triplicem viam, ſcilicet

Purgatiuam, qui cōſiſtit in expulſione peccati.

Illuminatiuam, qui conſiſtit in imitatione Chriſti.

Vnitiuam, qui conſiſtit in ſuſceptione ſpiritus ſancti.

Ita quòd quælibet via habet gradus ſuos, per quos aſcēditur ab imo, & tenditur vſque ad ſummum.

Gradus autem perueniendi ad ſoporem pacis ſunt iſti ſeptem.

Primo occurrit pudor in recordatione flagitij. Et hoc quantum ad quattuor, ſcilicet

Magnitudinem.
Multitudinem.
Turpitudinem.

In-

Ingratitudinem.

Secundo occurrit timor in circumſpectione iudicij, & hoc quadruplicis, ſcilicet

Diſsipationis operis.

Excœcationis rationis.

Obdurationis voluntatis.

Condemnationis finalis.

Tertio occurrit dolor in æſtimatione damni, & hoc ſecundũ quattuor ſcilicet

Quantum ad amiſsiouem diuinę amicitiæ.

Quantum ad perditionem innocentiæ.

Quantum ad vulnerationem naturæ.

Quantum ad diſsipationem vitę præteritæ.

Quarto occurrit clamor in imploratione ſubſidii quadruplicis, ſcilicet

Dei patris.

Filii redemptoris.

Virginis matris.

Eccleſiæ triumphantis.

Quinto

Quinto occurrit rigor in extin-ctione fomitis ſiue incētiuum quadruplicis, ſcilicet

Ariditatis, quæ eſt deſidia,
peruerſitatis, quæ eſt malitia.
Voluptatis quæ eſt concupiſcentia.
Vanitatis, quæ eſt ſuperbia.

Sexto occurrit ardor in appetitu martirij, & propter quatuor ſcilicet

Propter perfectionem
Remiſſionis offenſæ.
purgationis maculæ.
Satisfactionis pœnæ.
Sanctificationis concupiſcētię, alias creationis concupiſcentiæ.

Septimo loco occurrit ſopor in obumbratione Chriſti, vbi eſt ſtatus & requies, quando homo ſentit ſe protegi ſub vmbra alarum diuinarum, vt non vtatur ardore concupiſcentiæ, nec timore pœnæ. Ad quod non poteſt perueniri niſi per appetitum martyrij, niſi extinxerit incentiuum, nec ad extinctionē

T incen-

incentiui niſi implorauerit ſubſidium; nec ad implorationem ſubſidij, niſi deploret damnum; nec ad deplorationem damni, niſi timeat iudicium; nec ad timorem iudicij. niſi recordetur, & crubeſcat flagitium. Qui ergo vult habere pacis ſoporem, procedat ſecundum ordinem prædictum.

Gradus autem perueniendi ad ſplendorem veritatis, ad quem peruenitur imitatione Chriſti, ſunt iſti ſeptem, ſcilicet

Aſſenſus rationis.
Affectus compaſſionis.
Aſpectus admirationis.
Exceſſus deuotionis.
Amictus aſſimilationis.
Amplexus crucis.
Intuitus veritatis.

In quibus hoc ordine progrediendum eſt.

Primo conſidera, quis eſt qui patitur, & ei ſubdere per rationis aſſenſum, vt credas firmiſſime ipſum veraciter.

Eſſe

Eſſe { Dei filium.
Omnium rerum princi-pium.
Saluatorem hominum.
Retributorem meritorum omnium. }

Secundo conſidera qualis eſt qui patitur, & ei configurare per compaſſionis affectum, ſcilicet,

Vt compatiaris ei tanquã. { Innocentiſſimo.
Mitiſſimo.
Nobiliſſimo.
Amantiſsimo. }

Tertio conſidera quantus eſt qui patitur, & ad ipſum egredere per admirationis aſpectum, & attende quod ipſe eſt

Immẽſus { Poteſtate.
Specioſitate.
Felicitate.
Æternitate. }

Igitur admirare immenſam. { Poteſtatẽ annihilari.
Speciositatem decolorari.
Felicitatẽ tormẽtari.
Æternitatem mori. }

Quarto conſidera qua de cauſa patitur, & teipſum obliuiſcere per deuotionis exceſſum. Quia patitur ſcilicet

Pro { Tua redemptione.
Tua illuminatione.
Tua ſanctificatione.
Tua glorificatione.

Quinto conſidera, quali forma patitur, & ipſum induere per aſsimilationis amictum. Paſſus eſt enim ſicut verus agnus.

Libentiſsime reſpectu proximi,
Seueriſsime reſpectu ſui,
Obediētiſsime reſpectu patris,
Prudentiſsime, reſpectu aduerſarij.

Stude igitur ad habendum habitum ſecundum effigiem imitationis Chriſti, ſcilicet

Benignitatis.
Seueritatis.
Humilitatis.
Perſpicacitatis.

Sexto conſidera quanta ſint quę patitur & crucem amplectere per paſsio-

paſsionis deſiderium vt Chriſtus paſſus eſt

Vincula, vt impotens, omnipotentia,
Conuitia, vt vilis, bonitas,
Ludibria, vt ſtultus, ſapientia,
Supplicia, vt iniquus, i uſtitia,

Sic & tu conſidera paſsionem crucis, hoc eſt paſſionem

plenam { Iniurijs, in rebus,
Contumelijs, in verbis,
Ludibrijs, in ſignis,
Suppliciis, in tormentis.

Septimo couſidera quid ex hoc cōſequitur quod patitur, & veritatis radium intuere per contemplationis oculum. Quoniam ex hoc quod agnus paſſus eſt, ſeptem ſignacula libri aperta ſunt. Apocalip. 4. Liber iſte eſt vniuerſalis rerum notitia, in qua ſeptem erant clauſa homini, quæ quidem ſunt per paſſionis Chriſti efficaciam reſerata ſcilicet Deus admirabilis, Spiritus intelligibilis, Mundus ſenſibilis, paradiſus deſiderabilis, Infernus horribilis,

lis, Virtus laudabilis, Reatus culpabilis.

Primo enim Deus admirabilis manifeſtatus eſt nobis per crucem eſſe ſummę & inſcrutabilis ſapientiæ, ſummæ & irrepræhenſibilis iuſtitiæ, ſummæ & inenarrabilis miſericordiæ. Summa enim ſua ſapiētia decepit diabolum. Summa ſua iuſtitia quæſiuit redemptionis prætium. Summa ſua miſericordia pro nobis tradidit filium ſuum. Quæ ſi diligenter conſiderentur, Deum nobis clariſſime manifeſtant.

Secundo ſpiritus intelligibilis nobis manifeſtatus eſt per crucem ſecundum differentiam triplicem ſcilicet

Quantæ {
Sit benignitatis quantum ad Angelos.
Sit dignitatis, quantum ad homines.
Sit crudelitatis, quantum ad dæmones.
}

Nam

Angeli permiſerunt crucifigi
Dominum ſuum,

Nã, Dei filius crucifixus eſt propter genus humanum.

Et hoc ad crudelem ſuggeſtionem dæmonum.

Tertio mundus ſenſibilis nobis manifeſtatus eſt per crucem, quoniam eſt locus tenebrarum plenus in quo

Regnat
- Cecitas, quoniã lucem veram & ſummam nó cognouit,
- Sterilitas, quoniam Ieſum Chriſtum tanquã infructuoſum deſpexit,
- Impietas, quoniam Deũ & Dominum ſuum & amicum & innocentem damnauit & interfecit.

Quarto paradiſus deſiderabilis nobis manifeſtatus eſt per crucem, in quo eſt

Faſtigium totius gloriæ,
Spectaculum omnis lætitiæ,

promptuarium omnis opulentię. Vnde Deus propter illam habitationem nobis reſtituendam factus eſt pro nobis homo, ſcilicet

Vilis,
Miſer,
pauper.

In quo celſitudo abiectionem induit, iuſtitia reatum ſubijt, opulentia egeſtatem ſuſcepit. Nam altiſſimus imperator accepit ſeruitutē abiectam vt ſublimaremur in gloriam. Iuſtiſſimus iudex ſubiit reatum pœnaliſſimum, vt iuſtificaremur à culpa. Opulentiſſimus Dominus ſuſcepit egeſtatem extremam, vt locupletaremur in copia.

Quinto infernus horribilis manifeſtatus eſt nobis per crucem, locus vtique plenus

Omni Egeſtate & penuria,
Vtilitate & ignominia,
Calamitate & miſeria.

Vnde ſi neceſſe fuit hæc Chriſtū pati propter peccati deletionem, multo fortius oportet hæc pati dānatos

natos propter iuſtam meritorum ſuorum retributionem.

Sexto manifeſtata eſt nobis per crucem virtus laudabilis, quantum ſcilicet

Sit { Precioſa,
Specioſa,
Fructuoſa. }

Vere { Precioſa, quia potius voluit Chriſtus vitam corporalem perdere, quam virtuti contraire.
Specioſa, quia in ipſis contumeliis relucebat.
Fructuoſa, quia vnus actus perfecte virtutis infernũ ſpoliauit. }

Cælũ aperuit, perdita reſtaurauit.

Septimo manifeſtatus eſt nobis per crucem reatus culpabilis, quantum ſit deteſtabilis, cum ad ſui remiſſionem indigeat

Tam { Magno prætio,
Grandi piaculo.
Difficili medicamento. }

Ecce igitur habes quomodo in

cruce omnia manifeſtantur ſi bene ad hæc ſeptem reducantur. Vnde ipſa crux vere beata.

Eſt { Clauis, porta, Via, Splendor veritatis.

Quam qui deuote ſibi tollit, & ſequitur Chriſtum iuxta modum prę aſſignatum, non ambulat in tenebris, ſed habebit lumen vitæ.

Gradus autem perueniendi ad dulcorem charitatis ſunt iſti ſeptẽ, ſcilicet

Vigilantia ſollicitans,
Confidentia confortans,
Concupiſcentia inflammans,
Excedentia eleuans,
Complacentia quietans,
Lætitia delectans,
Adhærentia conglutinans.

In quibus hoc ordine progredi debes, qui vis ad perfectionem charitatis & amoris ſpiritus ſancti pertingere.

primo ergo neceſſe eſt vt vigi-

lantia te ſollicitet, propter ſponſi promptitudinem, adeo vt poſſis dicere illud pſalmi. Deus deus meus ad te de luce vigilo. Et illud ſponſæ Canti. 5. Ego dormio & cor meũ vigilat. Et illud Iſa. 26. Anima mea deſiderauit te in nocte, ſed & ſpiritu meo in præcordiis meis, de mane vigilabo ad te.

Secundo vt confidentia te confortet propter ſponſi certitudinem, adeo vt vere poſſis dicere. In Domino confido. Et illud. In te Domine ſperaui. Et illud Iob. 13. ca. Etiã ſi occiderit me in ipſo ſperabo. Tertio vt concucupiſcentia te inflammet propter ſponſi dulcedinẽ, adeo vt poſſis dicere. Sicut ceruus deſiderat ad fontes aquarum, ita deſiderat anima mea ad te Deus. Et illud Cant. 8. Fortis eſt vt mors dilectio. Et illud. Quia amore lãgueo Quarto vt excedentia te eleuet propter ſponſi celſitudinem, adeo vt poſſis dicere cum pſalmiſta. Quam dilecta tabernacula tua Domine

vir-

virtutum. Et illud Canti. 1. Trahe me poſt te,&c. Et illud Iob. 7. Suſpendium elegit anima mea. Quinto vt complacentia te quietet propter ſponſi pulchritndinem, adeo vt poſſis dicere illud ſponſæ. Canti. 3. Dilectus meus mihi, & ego illi. Et illud Cant. 5. Dilectus meus cãdidus, & rubicundus electus ex millibus. Sexto vt lætitia te delectet propter ſponſi plenitudinem, adeo vt poſſis dicere. Secundum multitudinem dolorum meorum in corde meo, conſolationes tuæ lætificauerunt animam meam. Et illud. Quã magna multitudo dul. tuæ Domine. Et illud 2. Chorinth. 7. Repletus ſum cõſolatione, ſuperabundo gaudio, &c. Septimo vt adhærentia te conglutinet, propter amoris ſponſi fortitudinem, adeo vt poſſis dicere illud pſalmus. Mihi autem adhærere Deo aonum eſt. Et illud pauli. Quis nos ſeparabit à caritate Chriſti. In his enim gradibus ordo eſt nec ſtatus eſt ante vltimum, neç ad

illum

illum peruenitur niſi per gradus intermedios,& mutuo ſe pariunt & in primo viget conſideratio in cæteris vero ſequentibus dominatur affectio. Vigilãtia enim cõſiderat quã honeſtum quam conferens quam delectabile ſit diligere Deum . Et ex hoc quaſi nata confidentia parit concupiſcentiam, & illa exvedentiam, quouſque perueniatur ad copulam,& oſculum & amplexum dilecti & amantiſſimi. Gradus pertinentes ad purgationem ſic diſtinguuntur.

Poſſunt autem dicti gradus aliter diſtingui & quaſi in idem redeunt, At primo diſtinguantur gradus purgationum ſic

propter { Flagitium erubeſce,
Iudicium contremiſce,
Damnum ingemiſce,
Remediũ implora ſubſidiũ,
Aduerſariũ extigue incẽdiũ,
Brauiũ anhela ad martyriũ.
Vmbraculũ approxima ad Chriſtum.

Gradus

Gradus pertinentes ad illumina tionem ſic diſtinguuntur, Nota

Quis patitur, & credẽs captiuare,

Qualis qui patitur, & condolens amaricare, (mirare,

Quãtus qui patitur, & ſtupens ad

Qua de cauſa patitur, & confidens precare,

Quali forma patitur, & ſequens aſſimilare,

Quanta quæ patitur, & ardens amplexare,

Quid ad hoc cõſequitur ꝙ patiť, & intelligens contemplare.

Te {
Vigilãtia ſollicitet ꝓpter ſponſi promptitudinem,
Cõfidẽtia corroboret, propter eius certitudinem,
Concupiſcẽtia inflammet, propter eius celſitudinẽ,
Complacetia alliciat, propter eius pulchritudinẽ,
Lætitia inebriet propter amoris eius plenitudinẽ,
Adhærentia conglutinet, propter eius fortitudinẽ.
}

Vt

Vt dicat ſuperdeuota anima in corde & in ore ſuo

Ad Dominum {
Te quæro,
In te ſpero,
Te deſidero,
In te conſurgo,
Te accepto,
In te exulto,
Tibi finaliter adhæreo.
}

Nota quòd gradus perficiendi poſſunt etiam aliter diſtingui ſecundum triplicem differentiam triplicatam triplici hierarchiæ conſonam. Nam cuilibet proficere volenti neceſſaria ſunt tria, ſcilicet

Amaritudo,
Gratitudo,
Similitudo.

Et hoc poſt lapſum. Si enim homo nō peccaſſet, duo ſufficerēt, ſcilicet gratitudo & ſimilitudo. Gratitudo videlicet propter gratiam, ſimilitudo verò propter iuſtitiam. Sed nunc etiam neceſſaria eſt amaritudo propter medicinam. Peccata enim per delectationem

nē ꝑpetrata, nō poſſunt purgari aliquo modo aut deleri, niſi e contrario per afflictionem & amaritudinem,

In ipſa autem amaritudine debet.

Eſſe
- Ponderatio malorum commiſſorum propter proprias nequitias,
- Perpeſſio dolorum propter Chriſti anguſtias.
- Poſtulatio remediorū propter proximi miſerias.

In gratitudine autem ſimili modo debet

Eſſe
- Admiratio beneficiorū ꝑpter creationem de nihilo,
- Accumulatio meritorū ꝑpter reparationē de peccato.
- Actio gratiarum propter ereptionem de inferno.

Fuit

Fuit enim
- Creatio ad imaginem.
- Redemptio per proprium ſanguinem,
- Ereptio vſque ad cœli altitudinem.

In ſimilitudinem etiam pari modo debet eſſe.

Aſpectus veritatis eleuatus ad ſuperiora,

Affectus charitatis dilatatus ad exteriora,

Actus virilitatis ordinatus ad interiora.

Eleuatio ad ſuperiora debet diligenter fieri per aſpectum veritatis, & hoc.

Per
- Contemplationem Dei, intelligentia,
- Circumſpectionem vniuerſorum, ſcientia,
- Captiuationem iudiciorũ, fide formata.

Item dilatatio ſeu extenſio circa exteriora debet fieri diligenter per affectum charitatis, & hoc

Per
- Appetitum delitiarum cœleſtium, ſapientia,
- Amplexum rationabilium, amicitia,
- Contemptum voluptatum carnalium, modeſtia.

Item ordinatio ſiue exercitatio circa interiora debet fieri diligenter per actum virilitatis, & hoc

per
- Aggreſſum difficilium, ſtrẽnuitate.
- Actũ laudabilium, magnanimitate,
- Amplexum humilium, humilitate.

Purgatio autem in amaritudine.

In qua eſt
- Cõtritio reſpectu ſui, debet eſſe doloroſa per triſtitiam propter mala prementia teipſum Chriſtum & proximũ,
- Compaſsio reſpectu Chriſti, debet eſſe timoroſa per reuerentiam, propter iudicia latentia, & tamen vera licet incerta,

ta, ſicut tẽpus & hora,
Commiſeratio reſpectu proximi, debet eſſe clamoroſa per cõfidentiã ꝓpter patrocinia ſemper parata per Deum, per Chriſtũ, & per ſuffragia ſanctorum.

Illuminatio in ſimilitudine in qua eſt aſpectus veritatis primæ, qui debet

Eſſe
- Erectus ad incomprehenſibilia,
- Extentus ad intelligibilia,
- Exinanitus ad credibilia.

In qua etiam eſt actus virilitatis, qui debet

Eſſe
- Erectus ad cõmendabilia.
- Extentus ad communicabilia,
- Exinanitus ad cõtẽptibilia

Sequitur perfectio in gratitudinem, in qua eſt Vigilantia exurgens ad canticum propter beneficiorum vtilitatem. Lætitia exultans ad iubilum, propter donorum precio-

precioſitatem. Beneuolentia accedens ad amplexum, propter dantis liberalitatem.

Nota quòd aſpectus veritatis debet eſſe erectus ad incomprehenſibilia, & hæc ſunt myſteria ſummæ Trinitatis, ad quæ erigimur contemplando ea, & hoc dupliciter. Vel per poſitionem, vel per ablationem. Primum ponit Auguſtinus, ſecundum Dionyſius.

Per poſitionem primo intelligimus in diuinis eſſe, quædam vt communia, quædam vt propria, quædam vt appropriata, quædam ſunt media inter hæc & illa. Intellige ergo & contemplare ſi pote circa Deum communia, & vide quoniam Deus eſt. Eſſentia prima. Natura perfecta. Vita beata. Quæ neceſſariã habẽt cõſequentiã.

Iterum intende & vide ſi potes, quoniam Deus eſt Aeternitas præſens, Simplicitas replens, Stabilitas mouens. Quæ ſimiliter conſequentiam habent, & connexionem

natu-

naturalem. poſtremo attende, & vide, quoniam Deus eſt. Lux inacceſsibilis. Mens inuariabilis. pax incomprehenſibilis. Quę non tantum eſſentiæ vnitatem, ſed etiam includunt perfectiſsimam Trinitatem. Lux quidem tanquam parens generat ſplendorem, lux autem & ſplendor producunt calorem, ita quod calor procedit ab vtroque licet non per modum prolis. Si ergo Deus vere lux eſt inacceſſibilis, vbi ſplendor, & color eſt ſubſtantia, ibi hypoſtaſis vere in Deo eſt pater, & filius, & ſpiritus ſanctus. Quæ ſunt propria diuinarum perſonarum. Mens etiam tanquam principium concipit, & producit à ſe verbum à quibus emanat amoris donum. Et hoc in omni mente perfecta eſt reperire. Si ergo Deus eſt mens inuariabilis planum eſt in Deo eſſe principium primum, verbum æternum, & donum perfectum, quæ ſunt propria diuinarum perſonarum. pax etiam includit nexum plurimorũ.

perfecte autem necti non poſſunt, ni ſi ambo à tertio, vel vnus ab altero. Sed in diuinis non poſſunt ambo eſſe à tertio codē modo. Neceſſe eſt ergo, quod ſi in diuinis ſit vera pax, quod ibi ſit prima origo, eius imago, & vtriuſque connexio. Deinde in diuinis ſunt appropriata ſecundum triplicem differentiam. prima appropriata ſunt. Vnitas. Veritas, & Bonitas. Attribuitur vnitas patri, quia origo. Veritas filio, quia imago. Bonitas ſpiritui ſancto, quia connexio. Secūda appropriata ſūt, poteſtas, ſapientia, & voluntas. Attribuitur poteſtas patri, quia eſt principium. Sapientia filio, quia eſt verbum. Voluntas ſpiritui ſancto, quia eſt donum. Tertia appropriata ſunt, altitudo, pulchritudo, & dulcedo. Attribuitur altitudo patri, propter vnitatem, & poteſtatem. Nihil enim aliud eſt altitudo, quā ſingularis & vnica poteſtas. pulchritudo filio, propter veritatem, & ſapiē-

tiam.Nam ſapientia multitudinem idæarum, veritas autem æqualitatem includit. pulchritudo autem nihil aliud eſt quam æqualitas numeroſa. Dulcedo ſpiritui ſancto, propter bonitatem & voluntatem. Vbi enim ſumma bonitas eſt iuncta cum voluntate, ibi eſt ſumma charitas & ſumma dulcedo.

Eſt igitur in Deo: Altitudo terribilis, & hic eſt ſtatus erectionis: pulchritudo mirabilis, & hic eſt ſtatus contemplationis: Dulcedo deſiderabilis, & hic eſt ſtatus glorificationis. Hæc eſt igitur erectio per viam affirmationis. Sed alia eſt eminentior per viam negationis. Quoniam vt dicit Dionyſius. Affirmationes incompactæ ſunt. Negationes verò, licet videantur dicere plus tamen dicunt. Et hic modus erectionis eſt per abnegationem trium, quod in negationibus illis ſit ordo incipiendo ab inferioribus vſque ſuperiora. Eſt etiam ſuperemineentis poſitionis incluſio. Vt cum

dicitur, Deus nō eſt quid ſenſibile, ſed ſuperſenſibile,nec imaginabile, ſed ſuperimaginabile,nec intelligibile, nec exiſtens hoc vel hoc, ſed ſuper omne ens. Et tunc veritatis aſpectus fertur in mētis caliginem, & altius eleuatur, & profundius egreditur,pro eo quod excedit ſe & omne creatum. Et hic eſt nobiliſsimus eleuationis modus. Sed tamen ad hoc quod ſit perfectus, præexigit alium, ſicut perfectio illuminationem,& ſicut negatio affirmationem. Hic aute m modus aſcendendi tanto eſt vigoroſior, quanto vis aſcēdens eſt intimior:tanto fructuoſior, quanto affectio proximior. Et ideo vtile valde eſt in illa exerceri. Vt ergo in hac eleuatione veritatis aſpectus ſe valeat exercere,nota, ꝙ in prima hierarchia veritas eſt aduocanda per gemitum & orationē, & hoc eſt Angelorum. Audienda per ſtudium & deuotionem, & hoc archangelorum. Annuncianda per exemplum, & prædicationem, & hoc

hoc eſt poteſtatum. Apprehendenda per zelum & æmulationem, & hoc eſt virtutum. Aſſocianda per ſui contemptum,& mortificationẽ, & hoc eſt dominationum. In tertia hierarchia veritas eſt adoranda per ſacrificium & laudem, & hoc eſt thronorum: Admiranda per exceſſum & contemplationem, & hoc eſt Cherubin: Amplexanda per oſculum & dilectionem, & hoc eſt Seraphin.

Nota diligenter prædicta, quoniam in illis eſt fons vitæ.

INDICVLVS IN HAEC OPVSCVLA.

PA denotat Paradiſum animæ A D de Adhærendo Deo. D M de Diuinis Moribus B de Beatitudine I M Itinerarius mentis in Deum P B Paruum bonum.

A

Abſtinentiæ duplex vtilitas P A p. 32. & c. 7. p. 33. ¶ *Amor Dei de A D c. 12. p. 214. de B n. 17.* ¶ *Ex amici amore vera caritas perpendi nequit P A c. 1. p. 4.* ¶ *Anima c. 38. p. 158. & de A D c. 3. p. 183. c. 10. p. 209. I M c. 2. p. 201. c. 4. p. 214. & de B. n. 3. & c. 4. p. 214.* ¶ *Auaritia improbatur. P A c. 17. f. 72. & de B n. 3.*

B

Beatitudo I M c. 1. p. 162. de B n. 40. Beati de B n. 4. Beneficia Dei de B. n. 31. S. Bo-

S. Bonauentura I M ſub initiũ & c.6 p. 234 ¶ Bonitas Dei de B n.18. Bonum duplex de D M n.5.

C

Caritas de A D ¶ Carnalis vita P A c. 28. p. 215. carnis cura c. 34. p. 143. c. 38. p. 157. ¶ Caſtitas P A c.6. p. 29. & p. 27. Cibus c. 7. p. 32. & c. 8. p. 37. ¶ Confeſſarius de D M n.44. confeſſio peccatorum P A c.40. p. 166 Cogitationes de A D c. 11. ¶ Concionator de D M n.44. ¶ Conſcientia bona P A c. 23. p. 90. ¶ Contemptus ſui de A D c.15. p. 226. ¶ Contemplatiua vita qua P A c. 33. p. 136. De Contemplatione P A c. 33. p. 133. & de A D c. 9 p. 106. I M c. 1. p. 169. & 170. ¶ Creatura P A ca. 3. pag. 16. I M c.1. de A D cap. 6 p. 595. ¶ Crux Chriſti c. 6. p. 234. Chriſtus crucifixus P A c. 47. 149.

D

Dare munera P A c. 6. p. 110. Debitores ſumus Deo, in P B p. 281. Da-

mon de A D c. 4. p. 185. & c. 11. p. 213. ¶ Delectari in Domino P A c. 6. p. 28. & de B n. 30. ¶ Deus c. 13. p. 56. c. 17. p. 17. c. 33. p. 134. de A D c. 6. p. 595. c. 7. p. 196. c. 9. p. 205. & c. 16. 231. ¶ Deo nos ſimilem facit dilectio inimici P A c. 1. p. 5. proximum incorruptio. c. 6. p. 27.

E

Eleemosyna P A c. 7. p. 35. ſpiritualis c. 14. p. 59. & pag. 62.

F

Fides ſeruanda P A. c. 9. pag. 40. quis careat fide cap. 20. pa. 81. ¶ Fiducia in Deum de A D c. 16. p. 233. ¶ Fortitudo P A c. 9. p. 40. S. Franciſcus P A c. 23. p. 92. I M ſub init. & c. 6. p. 235.

G

Gloria noſtra de B c. 1. p. 48. ¶ Gratia

tia diuina P A c.22 p.87. de M D n. 31 & num. 41.

H

Humiltas P A c. 2. p. 9. humilis de B n. 19. ¶ *Homo de M D 47. & de B. num. 11.*

I

Ieiunium P A c. 38. p. 159. ¶ *Ieſus Chriſtus de* B *34. & I M c. 4. p. 206.* ¶ *Incarnatio Chriſti I M c. 6. p. 230.* ¶ *Inferni pœna, de B n. 23.* ¶ *Inimici amor P A c. 1. p. 5. & c. 11. P A & de D M n. 25.* ¶ *Iniuriam ferre* P *A c.6 p. 17. & de D M num. 34.* ¶ *Intentio pura de M D 51.* ¶ *Iudicia Dei de* B *n. 7. & 8. & n. 27. Iudicium extremum de B. n. 28. Iudicandum ſemper recte de aliȷs de M D n. 36.* ¶ *Iuſtitia ad proximum* P *A c. 10. p. 44.* ¶ *Iuſtificatur nemo inuitus de B num. 14.*

L

Laudandi Deum nulla ſit menſura P A c. 11. p. 50. & de B c. 5. Laudari ab hominibus nihil eſt, ſi laude fuerimus indigni c. 14. p. 223. a Chriſto

mul-

multũ de B n.12. ¶ Liberales nos eſſe docet de D M n. 22. ¶ Libertas P A c. 27. p. 110. & de B 36.

M

Malum P A c. 3. de A D c. 16. p. 236. de D M n. 12. ¶ Mandata Dei P A c. 1. p. 2. & c. 16. p. 3. Meditatio c. 33. p. 133. ¶ Miſſa ſacrificium P B p. 280. ¶ Miſericordia Dei de B n. 7. ¶ Moſes c. 37. p. 155. ¶ Mundus deſpiciendus c. 37. p. 153. ¶ Munuſcula P A c. 5. p. 25. & c. 16. p. 69.

O

Obedientia P A c. 3. p. 12. p. 14. & p. 16. ¶ Odij ſigna P A c. 2. p. 6. ¶ Officium diuinũ P A c. 11. p. 47. ¶ Opera P A c. 1. p. 2. de B. nu. 7. de D M. numer. 54. ¶ ORATIO P A 136. p. 148. de A D c. 1. p. 173. in ſpiritu Deus orandus ibidem c. 8. p. 202 c. 13. pag. 218.

P

Panis P A c. 7. p. 34. ¶ Paradiſi gloria de B n. 23. ¶ Paſſio Dñi n. 22. P. B p. 209. Pax in I M p. 157. Patiẽs P A c. 6. p. 18. patiẽtia c. 6. p. 18. de B n. 36.

36. *Peccatũ veniale c.8.p.3.&c.22.p. 85.de B.n.36.Mortale* P *A c.8.p.3.de A* D *c.16.p.235.*¶ *Peccare* P *A c.9. p.42.*¶ *Peccator c.21.p.83.&c.36. p.15.39.pa.163.*¶ *Peccatum c.23.p. 92.c.40.p.167. peccandi progreſſus c. 39.p.164.*¶ *Perfectio de A* D *c.5.p. 191.&c.13.220.Philoſophi* P *A c.18 p.74.de A* D D *c.9.p.206. Philoſoſopria triplex I M c.3.p.202.*¶ *Pœnitentia* P *A c.36.p.150.c.41.p.170. Purgatorium de B.n.25.&28.*

S

Sacrificium P *A c.21.p.83.*¶ *Sanguis Chriſti c.21.p.83 Scriptura ſacra c.4.p.210.p.212.*¶ *Seraphim ſex alæ I M in Proem.p.157.*¶ *Silentium* P *A.31.p.124.*¶ *Spes impij* P *A c.21.p. 85. Spiritus ſanctus* P *A c.23.p.91. de B c.2.num.15.*¶ *Spirituales res c. 9.p.42.c.28.p.112.c.33.p.135.*

T

Talenta de D M num.34.¶ *Tentationes* P *A c.36.p.167.de A D c. 11.pag.212.*¶ *Terra quæ manſuetis promiſſa* P *A c.17 p.78.*¶ *Sanctiſſima Tri-*

Trinitatis p. 79. *de* B *num.* 4. & 33.

V

Veritas P *A c.* 18. *p.* 76. & *de* D *M n.* 40. *ibidem* ¶ *Veſtes c.* 7. *p.* 30. ¶ *Via trium dierum in ſolitudine* I *M c.* 1. *p.* 164. ¶ *Vita ſpiritualis ac carnalis deſcriptio* P *A c.* 28. *p.* 114. & 115 *Virtutes quid efficiãt de* B 36. *n. quis eas amet n.* 39. *Earum Indicem poſuimus in calce primi libelli ordine Alphabeti.*

ROMA

ERRATA SIC corrige.

In paradiſo anima pag. 3. lin. 7. deeſt (ne) 15. 8. obediunt. 39. 5. ſtude te 33. 10. ſperate 189. 2 clauſis 202 2. depuratus 226. 4. vilitatis.

In libello de diuinis moribus.

7. 9. & quid mali ſequi 3. 25. alius lib. incauſtrum. *In It. Ment.* & c. 172 13. forte exiſtentem 176. 15. contingit 229. 7. vacat.

Alia quædam leuiora omiſimus.